TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0053

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

№ 53

Mssus

Nussi
Nussii

Palmeidos

diversa
Poemata
et
Orationes

1600

53. - Nussio (*Nussio*) di S. Daniele. — Palmeidos, opus lyricum: diversa Poemata et Orationes (1600). Eiusdemquae nonnulla in laudem duorum dignissimorum Antistitum: Et de bello in Foroiuliensi Regione gesto diversa poemata: eiusdemquae oratio ad Ill.mum Antonium Grimanum, Palmae Praefectum. Quibus tres orationes funebres, nonnullaquae carmina addita sunt.

Contiene inoltre: « Oratio ad Francis. Barbaro Patr. Aquil. habita nonis Maii MDLXXXIX. — Oratio ad Marcus Ant.i Mocenici Episcopum Cenetensem, habita a *Dominico Golo* Idibus Julii MDLXXXXII. — Canto greco in onore di Antonio Grimani. — Oratio in funere Ill.mi Marci Ant. Savorniani. — In funere Ill.mi Sylvii Purliliarum, Oratio. — Quest'A. fu tra i migliori umanisti friulani insieme coi Luisini o Luvigini di Udine.

Un vol. in-4.° rileg. in cartone, ben conserv.; scrittura del sec. XVIII di una sola mano ignota, con un breve « Elenco » autogr. di Riccardo Luisino.

n. 1550 m. 16...? Opera che celebra la fondazione di Palmanova (1593).

Carminum ✓ Nussii Eleneus. manus Ricardi Luisini

In fatis vtinensis ad Ioannem [illegible] de vi ode
In fatis vtinensis epigramata.

De vtinensium victoria, ac Dei damidiensium
necessitudine carmen.

De eadem necessitudine ode.

De eadem ode.

In poetas vtinensis carmen
Ad Ricardum Luisinum Foroiulien[illegible]

In pastore vtinensi ad Franciscum
Fusium carmen.

Ad Mauri Quirini vtinensis poetae
dignatum ornatis habita a Carolo
Menegabio prid. cal. Maij MDL
xxxiv.

53. - Nussio (*Nussio*) di S. Daniele. — Palmeidos, opus lyricum: diversa Poemata et Orationes (1600). Eiusdemquae nonnulla in laudem duorum dignissimorum Antistitum: Et de bello in Foroiuliensi Regione gesto diversa poemata: eiusdemquae oratio ad Ill.mum Antonium Grimanum, Palmae Praefectum. Quibus tres orationes funebres, nonnullaquae carmina addita sunt.

n. 1550 m. 16...?
Opera che celebra la fondazione di Palmanova (1593).

Contiene inoltre: «Oratio ad Francis. Barbaro Patr. Aquil. habita nonis Maii MDLXXXIX. — Oratio ad Marcus Ant.[i] Mocenici Episcopum Cenetensem, habita a [illegible] Idibus Iulii MDLXXXXII. — Canto greco in onore di An[illegible] vorniani. — In[illegible] tra i migliori [illegible]

Un vol. in-4.° ri[illegible] con un breve «Elen[illegible]

Manus Ricardi Cuffini

53. - Nusso (*Nussio*) di S. Daniele. — Palmeidos, opus lyricum: diversa Poemata et Orationes (1600). Eiusdemquae nonnulla in laudem duorum dignissimorum Antistitum: Et de bello in Foroiuliensi Regione gesto diversa poemata: eiusdemquae oratio ad Ill.mum Antonium Grimanum, Palmae Praefectum. Quibus tres orationes funebres, nonnullaquae carmina addita sunt.

n. 1850 m. 16...?
Opera che celebra la fondazione di Palmanova (1593).

Contiene inoltre: « Oratio ad Francis. Barbaro Patr. Aquil. habita nonis Maii MDLXXXIX. — Oratio ad Marcus Ant.[i] Mocenici Episcopum Cenetensem, habita a *Dominico Golo* Idibus Julii MDLXXXXII. — Canto greco in onore di Antonio Grimani. — Oratio in funere Ill.[mi] Marci Ant. Savorniani. — In funere Ill.[mi] Sylvii Purliliarum, Oratio. — Quest'A. fu tra i migliori

Un vol. in-4.° ri
con un breve « Elen

PALMEIDOS

OPVS LYRICVM

Nussi Nussii.

Eiusdemq; nonnulla in laudem diuorum
dignissimorum Antistitum:
Et de bello in Foroiuliensi Regione gesto diuersa poemata: eiusdemq; oratio ad
Ill.mum Antonium Grimanum, Palmæ
Præfectum.

Quibus eres orationes, Funebres nonnullaq; carmina
addita sunt.

Serenissimæ Vrbi Venetæ.

Cum primùm PALMA è maternâ prodiit aluo;
Sublimi egressa est ex Helicone Dea:
Arboris assumptæ nomen, quæ illius amore
Accensa est: lyricis hanc cecinitq; modis.
Vnius vrbs Veneta est genitrix; pater almus Apollo
Alterius: mirumq; utraque nomen habet.
Vtraque Virgo parit pacis cœlestia dona.
Vna aliamq; cupit, grande referre decus:
Mortis ab ore trahit proceres Phœbo edita Musa:
Hanc, Venetæ Vrbs, adama: nec sine, acerba pati.

Baptistæ Solii nobilis Galli, de
Russii Palmerde epigramma.

Si quid habet ueterum sapiens sententia uevi,
Nascendo acceperit quodque suum Genium.
Alteaq; cum magno iacerentur moenia Palmæ;
Illi pro Genio tum noua Musa fuit.
Musa fuit Russi, celebri qui carmine muros
Syderea pernubes tollat ad usque suos.

Aliud.

Num myrtus myreos, oleam producit oliua?
Dissimiles suuos Palma dat unde tibi?
Nam q; ut uere nouo renouatâ fronde uirescunt,
Tantùm Palma tuo fertilis ingenio est.

In PALMÆ Præfectos carmen.

Parrhenia syluæ, et uitreæ stympalides undæ;
Inclytaq; Elis habet Graium monumenta; labore
Qui graue lassarunt corpus, flexereq; membra:
Aëra per medium seu discum egere, metallo
Fulgenti factum; duro seu corpore fortes,
Vinciq; insoliti, sæui Mauortis alumni
Robora sunt luctâ experti; in uiridantibus herbis
Certantes, ualido et nexantes brachia clouso.
Quo primum belli docuit simulacra; Iouiq;
Instituens, pugiles hortatu mouit ad arma;
Amphitryoniades: oleâ qui tempora cinxit;
Quòd vigidis telis Augeam accessevit; eius
Et stabulum plenum monstris purgauerit: hydras,
Æripedes cervos, apros et uicerit. Artes
Sed quid inuis habent exacti temporis; uti
Dum licet exemplis minimis in pondere rerum
Ingenti? Veterum procul hinc uestigia ceclant.

His tum quicl possunt monumenta absconchita Graiûm
Rudere tectorum, structi quiq3 aggere muri?
Ardua habet, ceu montes, propugnacula PALMA,
Vt quo olim posuit Babylon, quo et moenia quisque
Obstupuit: dum mansere, ut; miracula mundi.
Robustos humeros orichalco, ac pectora dura;
Ac nitidis cristis galeis capita, ore Chimeris
Ceu rabido, flammas vutilas mittentibus, ardent
Inclutae horribiles acies, et robore claro,
Gestantes enses dextris, cuicunque ferentes
Terrorem, mortisq3 metum altis moenibus: olim
Clangentis nocte obscurâ quale anseris agmen;
Tuta quod hostili tenuit capitolia celsa
Vi: nec fata subire tulit manifesta Quirites.
Has Decii laudent, Fabii, fortesq3 Metelli,
Scipiades, Pauli; Roma urbs quos inserit astris.
Aetae ut pellem comitantes ore Dracones
Flammas servavûnt, prohibent accedere Thracem,
Lunatis peltis fidentem; atq3 agmine denso

Pugnan-

Pugnantem; vultu sic, verbis, virq; minantes,
Diceret ascensos coelum ut quisque esse Gigantes.
Quavum cui dorsum, ac facies truculentior exeat!
At, si quis regeret, froenans cohiberet et illis,
Non esset magè terribilis domitore ferarum
(Demevuit qui coelum) Alemenâ matre creato!
Non ferret munus maioris, ab Æsone natus
Quàm retulit, prœtii; dum tauros, dumq; vigentes
Vrsos, et vivus iacientes ore dracones
Vulnere compressit; pallentem et misit ad orcum!
Nestore is eloquio non ne, et sapientia Vlysse,
Judicioq; virûm maiori Agamemnone fastu,
Ducendusq; foret claro magis acev Achille!
~~Asserti~~ Heroes, insignia magna leonis,
Et vugientis, dilaniantisq; unguibus hostes,
Ineev quadrupedes primas defere sœti,
Qui gestant, minimo pro nutu quoque iubentes,
Tantum est, ut timeant; quin quoque facessere cogant;
Excubiasq; agere, et tutavi moenia noctè;
Atq; diè promptas pugnando occumbere morti;
Id quoties poscat præceps occasio belli.

Magni armis, magni ingeniis, ac Pallade magni
Italiæ hi populos multos domuere feroces:
Subq; iugum tergum dantes misere: Tyrannum
Thraciæ et armatis ingentia damna parantem
Nauibus, ad monstri horrendi pepulere latebras,
Herei et ad fundum: in campo pugnansq; cohortem
Densâ acie sensit crudeli uulnere uictum;
Enseq; prostratum; uitilanti et cæde madere.
A diuo at quid opis retulerunt Maree, Mineruâ
Ac doctâ, PALMÆ posuerunt, nomine dicto
Victricis palmæ, ac florentis: pondere quo quò
Plus premitur, plus tendit ad æthera: pacis origo
Italiæ unde uenit, placidissimaq; otia Musæ.
Moenia qui nisi, propugnacula et alta locâssent;
Mente mala elati, lethali dente prementes
Moribus insignes placidis, uirtuteq; claros;
Sæui instar Borææ magnâ fœuitate uuissent
Hesperiæ in sedes, ac in uiridaria pulchra;
Illuuie immundâ morum, ciuesq; replentes
Sordibus, assuetos lepidam traducere uitam;
A scythicis, Geticis, rigidis ac Colchidis oris;
Cyzicus, ac Phasis uiolento ubi perfluit amne;

Can-

Caucaseisq; iugis, glacie canisq; Ripheis
Cercetæ, atq; Gothi, Mardi, Seuiq; Toretæ,
Vandali; et immites regio quos Arctica nutrit.
Profecti at PALMÆ; crudæ, et quos aspera uica,
Barbariesq; fugit; Charites, mitesq; lepores
Condecorant; latiæ grata et facundia linguæ,
Socraticæq; artes, sapientiaq; alma Platonis;
Cernentes oculis, contendit lumine quantum
Lynceus; excelsâ et tanquam de rupe futura
Mente reuoluentes, quæ damna, incommoda possent
Obuerse Italiam, totamq; immergere luctu,
Militiæ inuigilant; fidis custodibus urbem
Seruantes; ne hosti trucidentâ mente uenienti
Ingressus pateat; queat ac ne quisque potiri,
Sit qui animi inscabilis: dubio et qui corde labatur:
Digno et laude, salutari, et bona quæque ferenti
Incumbunt operi. Hinc inter poni astra merentes
Aonidum cantu tollunt sic carmina nati.
Cui bene munitâ robusto remige puppi
Aptus Mauortis, docteæ arti aptusq; Mineruæ
Pompeius re ipsâ, ac titulis illustris in urbe,
Doridis è regno piratas cæde madentes

Expulit; et tutum a praedonibus, atq; rapinis;
Et merces ditum ex occasu solis ad ortum
Tendentum, in Latiumq; et magnas Tybridis arces,
Securas tenuit; sulcavi illudq; carinis
Permisit nautis, trusitq; ex ore timorem;
Inclytus est visus magnis fulgere trophoeis.
Rostra foro in medio cui pro mercede triremis
De patrio bene re merito erexere quirites.
Summo oratoriq; Arpinum cui dedit ortum;
Quòd Romæ a niveâ pepulit cervice secures,
Laus æqua est factis; datæ sunt et laurea serta:
Estq; parens dictus patriæ: cognomine tanto
Quo fuit in toto clarus, spectandus et orbe.
Ast his Praesidibus, quèis ianua clausa tenetur,
Quâ facies hostili ferietur tota pateret
Italia, Heroum est carmen, sacro Apolline dignum
Munus, condendum, tenui non stamine ducum:
Complendiq; libri, quot vates, Mantuæ alumnus
Magnanimo Regi, Troianâ ex urbe profecto
Condidit: is pugnas adiit, capitisq; periclum;
Hesperiâ hi pellunt eladem: noctesq;, diesq;

In=

IN VRBEM PALMAM,

quæ a Venetis conditur

ode i.

Palma a Venetis posita Turcarum
robur perfringet. Hortantur
populi, ut ipsi Palmæ macli-
nas marmoreas erigant;
cum ab hostium timore
eosdem eripiat.

Frangatur ualidum Threicii agmiris
Robur, Danubii quo premit incolas.
Concordes animis Dalmatæ, et Insubres
Contra hostem gladios cote acuant; grauis
Dauni ut quicquid adest Illyriæ, arceant;
Ne ferro, et rapidis diruat ignibus.
Nam dudum Venetis edita in ædibus,
Ense accincta latus, pectus et æreâ
Veste induta riget PALMA patentibus
Campis Iuliacis: quæ tremit impetum
Non Parthi indomiti, non vigidi Scythæ.
Hanc belli peperit terribilis Dea:
Hancq; feræ, atq; odii sustulit ubere
Pœno: Marsq; aluit militum in aretibus,
Tecta multa docens perpeti et æquore.

Vt quisque hanc cupiat; quisque ipsi ac dedicet ædem.
In cœlo Aligeri lætantur munere cuius:
Lætisq; votis totus concordiâ Olympus
Vertitur: hinc alitur quod ibi, sibi gaudia sumit.
Hinc cum grande decus referant, palmamq; virentem
Proceti PALMÆ; dum illic moderantur habenas
Æquas iustitiæ, aquiparantur fulua colenti
Astra choro diuûm, rutilante ac luce micanti.
Ast ibi cum lux, hîc nisi sit de luceq; sermo,
Semideûm luce obruimur, splendoreq;: abimus;
Cœci et facti, alijs sinimus contendere Musâ.

IN VRBEM PALMAM,

quæ a Venetis conditur

ode i.

Palma a Venetis posita Turcarum
robur perfringet. Hoc antur
populi, ut ipsi Palmæ maci-
nas marmoreas erigant;
cum ab hostium timore
eosdem eripiat.

Frangatur ualidum Threicii agminis
Robur, Danubii quo premit incolas.
Concordes animis Dalmatæ, et Insubres
Contra hostem gladios cote acuant; grauis
Dauni ut quicquid adest Illyriæ, arceant;
Ne ferro, et rapidis diuinat ignibus.
Nam dudum Venetis edita in aedibus,
Ense accincta latus, pectus et aereâ
Veste induta riget PALMA patentibus
Campis Iuliacis: quæ tremit impetum
Non Parthi indomiti, non vigidi Scythæ.
Hanc belli peperit terribilis Dea:
Hancq; ieiunæ, atq; odii sustulit uberè
Pœno: Marsq; alit militum in aris,
Tecta multa docens perpeti, et æquore.

Illa est, cui proceres Hesperico fauent
Stringenti ualidâ spicula dexterâ.
Est dantem Ducibus cernere ius; suas
Partes militibus tradere; et arduis
Portis excubias ponere. At incolæ
Seiunctos peragunt tristitiâ dies;
Dum custos uigilans liminibus dat iv.
Iis somnum haud abigunt concita classica:
Impendens gladius nec super arduâ
Cervice hos agitat terribilis metu.
Spectare est ideo limite in Italo
Stantem; Iuliacis pellere ab urbibus
Hostes, si propiè tendere in has uelint.
Quicunque Hesperio degitis in solo,
Nati estis placido sydere; barbaras
Queis parui est acies ducere; cum graui
Vos PALMA eripiat sollicitudine;
Quæ mentes tetigit; dum furor hosticus
Iulæos in agros iam propè cœperat
Sæuire; et populos funere uertere.
Huic tot nobilibus dotibus inclytæ
Quonam pro officio debita gratia!
Floræ olim uiolas purpureas dabant

Antigui

Antiqui, et Cereri spicea munera;
Huic (almis titulis dum celebris Dea est)
Tollendo è pario marmore machina:
Et clarum tabulis nomen in aereis
Signandum: series nulla quod auferat
Annorum: at uigeat donec in aethere
Ignis proniteat; luminet et polum
Surgens coeruleo Phoebus ab aequore.
Ergo, PALMA, decus te egregium manet.
Clara ut principio es; sic mare ad ultimum
Vexillum impetii conspicuum feras.

ode 2ª.

Eumenides conquerunter; quia
Agricolæ, dum ligonibus fossas
Conficiunt, ad profunda
terræ uiscera
perueniant.
Deinde do-
lori finem
imponunt.

Ecce ut de stygio lacu
Cruines Eumenides implicitæ anguibus,
Tollentes caput horridum,
Et tristi ingeminant talia pectore.

Fundamenta quis effodit
Ferro; ve praerigidis quique ligonibus
Eius uiscera ad intima?
Heu sic inspicitur magna profunditas
Fossarum; tremat ut solum.
Phoebeis radiis tartarus en patet;
Quà styx, et phlegeton sonant.
Olim Coelicolûm Rex dedit ordinem
Rerum; atq; iis statuit locum.
Nobis sorte domus nigrior obtigit.
Cum bijs hanc colimus feris,
Orci fumifomis qui in laribus sedent:
Cerco et limite mugiunt.
E nostro trahimur cur stygio specu?
Num fit pauui ita Iuppiter?
Campi planicies plena ita cernitur,
Quos uuis labor excitat;
Vt plures animae in ripâ Acherontiâ
Non nostrâ moueant pedes;
Quas duxit fluuios ad stygios Charon.
Num sudat mage Sisyphus;
Dum callem lapidem montis ad arduum
Trudit; quo dolet aspere;

quàm

Quàm qui ponderibus nunc grauiter gemunt!
Nil magni absque laboribus.
Factis arce poli splenduit Hercules:
Et uerum meruit decus.
Sic fari licuit. Concidet Indicus
Rex, et Threicius solo;
Aux in quo a Venetis maxima conditur,
Dehinc Heroibus inclyta
O tunc quot potuunt funera cerniev;
Et spausa aquora sanguine!
Quèis non religio cordi habita est; Dei
Nec dum pectore dogmata.
O quantas animas uerbera tunc agent!
O quantos hilares dies!
Et tunc Pluto, animo gaudia proferens,
Nobis afferet hostias;
Quas nullo redimet tempore maximus
Rex terræ, et pater ætheris.
Nostra hinc corda dolor non habet amplius:
Questus nec ferit æreum
Coelum; etsi agricolæ Tarentina sarculis
Ferratis aduant rudes.
Vir non mente agitet, sulphureo duci

Inferni hæc fore commodo?

Addentur cui anima; queis cumulabitur

Orcx: stat nunc ubi luridus.

Sic tendant ideo uiscera pec nigra

Tevvæ. Sic utinam hæc fore

Possint. Diues agris, diues et hostiis

Orci divi erit arbiter.

Hoc quis splendidior, quisue potentior?

ode iii.

Carthagini a Didone Regina condita
Vrbem Palmam præfert a Venetis
positam: quare bellica, et
literaria ipsam Carthaginem antecellet.

Phoenicum properans è regionibus

Dido ustis in agris condidit Africa

Vrbem; firma ut in hostes

Muris staret aheneis.

Hunc claro a Venetis Iuliaco in Fovo

Foelici auspicio conditur altera;

Quæ sit mœnibus, aëq

Fossis insuperabilis.

Magnis illa uiris flouuit; et potens

Bellum Romuleis gentibus intulit :
At, victo Hannibale, hoste
Æquata inteviit solo .

Altatura Duce hoc celebres, foret
Fasces Imperii tvans gelidos scythas :
Quam nec Bosphoreus Thrax;
Hoc sævi capient Daca .

Nam terræ positis aggeribus, velut
Montanis cumulis, obstupet advena
Confecta Artificum alta
Propugnacula dextevis .

Hæc tot terribiles bello acies habent ;
Quot tendunt volucres per vacuum aëra ;
Nunc denso agmine iunctæ ;
Seiunctæ modò ab ordine .

Tormenta at manuum carmine si vehem ;
Quæ in muris reboant; dum fera prælia
Miscentur; mihi Musa
Vires sufficere est potis !

Cui rarum ingenium est; innumeræ et sonant
Linguæ ; cuiqs patent ærea pectora;
Vix belli sæpitum, eius
Vix ludum referent graues .

Clamantes Equites auribus hausio ;

Clangoresq; tubæ; murmura cuntium,
Hæc, atq; illa sonantium;
Aeres quæ deceant duces.

Dehinc illos proceres perspicio, omnia
Qui recto instituunt iudicio: et iubent
Huic nunc subsidium, illi
Mox parti ualidum clavi.

Tuto Marte carent consilio uiuûm
Vrbes; militiæ nec rabiem timent;
Hostes sive petant ui
Illas; sive abeant procul.

Direpta est Priami Regia, et oppida.
Eheu cuncta iacent diruta Nestovis
Curâ: quem decore omni
Ornauit sapientia.

Olim Sparta fuit uulneris, et necis
Expers ui ingenii; quo illius incolæ
Fulsevunt; sine muris
Bellum etsi gereret graue.

Nec PALMA horribiles contremat hostium
Motus, consilio fulta potentium.
Cum clavis Sophiâ, ense
Cui contendere mens fuit?

ode 4.ª

Conquevitur Aquila; quòd sui pulli
a serpentibus Threiciis cæsi sint.
Hortatur unumquemque virum;
ut acriter pugnet; pueros au-
tem Palmam ducat; ubi
tuti permanebunt.

Ales grata Ioui Pannonico in solo
degens, præcipiti gurgite quà fuit,
Aves Danubius turrigeras secans,
Nidum in rupe locauerat;

Repsit cui horrifico è cauibus anguium
Agmen Threiciis ore sonantium;
Vt pullos premerent dentis acumine,
Quos illâ pepevit die.

Illos, diro animo vidit ut excitos
Cædis, capta graui irâ unguibus expulit:
Nec, cui in blanditiis assiduis erant,
Ipsorum exitium tulit.

Contra, acti armigeris ii pedibus procul
Natorum a cauis horrida sibila
Edebant rabido ore: et teretum arcuum
Flectebant se agilem in modum.

Pars quorum diiciens vivus ab impiâ

linguâ lethiferum; pavs uiolentibus
Se spiris agitans tergore depulit
Pullos in gelidos specus.

Atvis uulneribus corpora saucii,
Implumesq; fame uicti auidâ, et scelus
Deflentes miserum, quod male senserant,
Lethi cegri stetevnt die.

Heu tunc orba parens prole toto herbido
Degebat lacrymans; inde perhorridum
Tendebat celeri pennâ iter in nemus,
Fundens talia pectore.

Heu sovs usque mihi tristia deferens,
Et curis animum sollicitis replens,
Votis laoua meis, quâ premis editam
Iam mox clade propaginem?

Eiecta è laribus per nemus hoc uagor,
Morbo oppressa truci, orbataq; filiis.
Hil est mî reliqvum, sola calamitas
Fati me manet vltimi.

Quid, si plus doleam? demorov altevum
Damnum: prospicio Thvacis ab eqvore
Heu plures colvbros tendere in hoc solum,
Vivusq; inficere incolas.

Curus

Cuius pernicie Dalmata concidet,
Vnà et Pannonicus. quis fuerit potis,
Vt fimo reparet robore tunc mala,
Quæ Germania sentiet!

Non Hunni indomiti, non gelidi Scythæ;
Algentem niuibus quine Borysthenem;
Vel qui præcipitem Danubium bibunt;
Vel quos Italum alit solum.

Si certare tamen fas erit hostium
Rursus cum ducibus, non animum est opus
Pugnis abiicere. At quos puerilis
Primum flamen habet, neci

Dentur, Patriam in Iuliacam uelim
Mitti, Arce egregiam: quæ ferret impium
Martem: si uiuat et Thrax in eam ferox,
Non diuum tremet impetum.

Ode V.

Palmæ militia prohibebit, ut boni
a malis damno afficiantur. Ibi
autem Astræa dea sedes
collocabit: et re milita-
ri Thraces de-
uincentur.

Ite procul curæ, Iulæo excedite ab orbe;
Corda hominum quibus alea premuntur.
Rixarum auctores cædis, fraudisq; ministri
Agvis expelluntur ab istis.
Stant fasces, ensesq; truces, vigilesq; securis,
Vt pœnas ob crimina pendant.
Conditur Vrbs uigili curâ; quam mœnia ab hoste,
Tuta et propugnacula reddunt.
Excubiæ prohibent sceleratam degere in illâ
Gentem; atq; indulgere rapinis.
Hinc malus eiicitur commissa ob furta Procustes;
Et notus feritate Lycaon.
Nullus adest locus exitio, sceleriq; nefando;
Sed uiget alma quies, probitasq;.
Aduena securus per campos, prata, uiasq;
It; quamuis nulla arma gerantur.
Hæc stipant illum iuuenes, Mauorte potentes;
Stipare ut paulò antè solebant;
Dum mentes populi fraudes, rixæq; premebant;
Vindictæq; infanda cupido.
Vindictâ heu uicti diræ iacuere Quirites:

Illo-

Illorum urbsq; orbata senatu.
Vrbs, quæ dum nituit diuino munere legum,
Præclara est spectata triumphis.
Fixitq; impevii signum; quà tendit Ibevus:
Quàq; ferox Thrax præbia miscet.
Quid potius pace? hac properant ad mulcera capellæ:
Bos lætus per vrva vagatur.
Quæque suâ et degunt in sede elementa: fruuntvrq;
Æterni concordiâ olympi;
Hanc Rector supervm iussit fulgescere tervis.
Grato sic vir inhæret amori:
Ergo Iuliadæ iucundam ducite vitam;
Nam fœlicia sœcla resurgunt.
Non posthac vobis infausto gvttvre' cvdes
Præbibet cauâ ab ilice covnix.
Nvllus vos bvbo terrebit voce sinistrâ;
Quam feret alto a culmine tecti.
Nvnc dea, quæ quondam scelervm depvlsa furorv est,
Iulæas accedit ad vdes.
Cui comites fiunt indvtæ vestibus albis
Diuæ almæ, pietasq;, fidesq;.
Aduentu quarum florescvnt lilia campis:
Et certant modulamine olores.

Quin Zephyrus spirat geniali sydere; quamuis
Nix Cyneho sit uincta pruinâ.
Aut bona quaque alitur: clara uirtutis alumno
Cuique sui tribuuntur honores,
Extructis PALMÆ turritis moenibus urbis:
Ciciciur procul inde sceleseus.
Per quam subdetur male firma potentia Thracum
Diuûm falsâ religione.
Juliacum ergo Forum ut Marte aui Cæsare creuit;
Sic PALMA sit nomine notum.

Ode VI.

Nereus, uidens classem a Turcis
paravi, apparatum deferi ad
Venetos, horeans illos, ut
in Juliaca Patria Au-
cem ad hostium uim
repellendam cau-
dant.

Oceano quadrigis
Veetus Eois, plagas quà ob Boream remugit,
Adriacas ad odes
Nereus gressus celeres mouerat excitatus
Horribili timore.

Nam

Nam tvahi puppes oculis Bosphoreas in undas
Viderat; et pavavi
Impios enses; ualidâ et cote acui secures.
Hoc subito apparatu
Ille confugit proceres ad Venetos, senatu
Talia ab ore fundens.
O uivi, quorum ditio nomine ubique claret,
Grande decus quiritum,
Thrax fe.is uobis animo ferre agitat nefandum
Excidium tviremi.
Fertilem Creten Cerere, olim egregiisq; cantu
Vrbibus enitentem
Vidit; atq; is sollicitâ mente uolutat, ipsâ
Milite nunc potiri;
Vosq; ab insigni imperio deiicere, atq; letho
Tradere gaudet atrox.
Ante sed uult Pannoniam euertere Marte, latus
Abluit et quod Istey.
Novicasq; arces capere, et Cosavis obsidere
Fortia castra muvis,
Terminum magno hesperico; nobilis atq; tenelit
Quà Regio Italorum.
Ergo fas uobis patriâ in Juliacâ à Tyranno
Threicio haud remotâ
Condere Arcem; qua trepident Ismarice phalanges,
Barbara nec vuat gens:

Barbari è campis Italis exitium tulerunt;
Cum petiere eosdem;
Incolas bello et premere ipsos; quoties feroci
Mente stetit uoluntas.
Sic is. At nulli gelidus sit timor; huc ut hostes,
Quis trepidat, ferantur?
En leo, fortis uigidis unguibus, horret: illiq;
Est animosa uirtus.
Atq; eum quodcunque animal diffugit; et latebras
Caucaseas requirit.
Quis potis bello Venetos uincere? cui gerantur
Arma potentiora?
Ii scythas, Dacos, Ligures, Pannonios, Iberos,
Ii domuere Thracas.
Ii ferent trans gemmiferam Taprobanem aurea signa
Impevii patentis.
Iulii inq; urbes celebres Caesaris afferentur
Militia trophaea.
An timent? non, si furerent Tartarea cohortes:
Conuuerent poliq;:
Summa cum rerum capitis ferre pericla cogit.

ode vii.

Argonautis unà cum Iasone è Colchicis
ovis olim redeuntibus, Palmam urbem
futuram in Fovo Iulii, praedicens
fuit: quae antea erat omnibus
ignota.

Priscis Æsonides temporibus Graiugenûm eligens
Dum claram ære aciem puppi adiit Colchidam in ultimam,
Helles ut raperet fovti animo pellem Athamanticlos;
Custos cui positus fulgida erat terribilis Draco;
Nondum PALMA Foro urbs Iulii erat cognita nomine.
Sed cum illâ ut redirit; lætitiam et pectore ab intimo
Fundens, uênit ovans; qualis, ubi sylvâ Cymanthiâ
Ingenti cecidit corpore aper; qualis et impius
Cacus stratus humi exanguem animam emisit ubi in specu
Alcides Hemees frondifero terribilis Ferâ.
Tunc vvbs nota fuit, quæ Adriaco a Principe conditur.
Tendens ad scopulos cyaneos, et gelidum secans
Euxinum (ut variis à pelagi erroribus aspicit
A tergo Scythiam, et præcipiti Phasida quæ ite
Labentem, et rigidam frigoribus patriæ) ad ardua
Perrênit celebris Pannoniæ, acq; Austriaca oppida.
Quêis dum foret stetit difficili fessus itinere,
Illum dira fames et tenuis, mellifluas, iubet
Et poscavi epulas, et parevis vina liquentia,
Vox audita fuit. Fata monent, Argolici ò vivi,
Vt flectatis iter, quà Regis tendit Iapidum,
Et, mansura dies perpetuos, PALMA ubi evit: Deæ et
Sacrabunt validam Arcem proceres Adriaci horridæ
Bellonæ patriâ in Iuliacâ: sacra ubi mox pia
Fient; et veterum more Deam laudibus evehent.

quæ ut sensere; timor dura premit pectora; protinus
His dictis moniti corripiunt Argolicam ratem:
In tergoq́ferunt impositam illam ad iuga Norica:
Terra est Iulia ubi Martæ potens, Palladeq́ inclyta.
Vnà omnes Mynijæ conspiciunt tunc positum loci,
Martj aptum, scatebris quæq́ fluunt, perspicuas aquas.
Et dum pura uident; stanteq́ hilares uellus ob aureum,
Diffulgens ueluti, ut clarum Oriens axe patet poli,
Bigis uecta, rosis plena cauas purpureis manus,
Alma Aurora, diem conspicuo lumine nuntians,
Vates uerba parans Iuliacus talibus incipit.
Campo hoc, gramineo hoc inq́ toro, nunc ubi degitis,
Vrbs ponenda uiris a Venetis; quam rigida ensibus
Seruabunt acies; nec fugient horribiles uiros;
Nec quos Tisiphone in tartareo sæua alsit lari.
Tanta Arcis iuuenum cui uigiles uincere fas erit
Armis homificis excubias? Non scythico manus,
Non miles geticus; Marte ferox Thracia quosq́ habet.
Tam rectum Æmonii Semideï tollite laudibus
Fatum: uosq́ dies conspicuos ducite; queis fuit
Virtus magna. Labor notus erit Dalmatæ, et Italo,
Quem dextræ tulerint ueshæ alacres; quæq́ subiuerint
Vitæ summa pericla, aut glacie Colchide in asperâ;
Aut sedes si habuere est Æoliis in Regionibus.
Post hæc dicta, duces Graiugeni, clara Aquileïa
Quà spectat, properant in patriam, pelle pe[illegible] inclyta.

Argonautæ, nauj humeris sublatæ, ut Plin. lib. iii cap. xviii scripsit, in Adriaticum sinum non procul Tegesbe ueniunt.

Illa

Illâ quo fuerit splendidior? Pontica clavuit
Ipsâ antehac Regio; hinc post et eadem Graecia fulserit.

ode viii.

Antenor cum ad Timauum usque
peruenisset, Iuliacos agros oculis lustrauit; et praedixit illic Aquem a Venetis conditum iri; quo Turcarum incursionibus resisteret.

Ardens Argolicis ignibus Ilium
Antenor fugiens, transiliit rate
Vectus, quà amne Timauus
Ouam Cosauis irrigat.

In puppi is residens uitibus uberes
Agros, et roseis collibus oppida
Fulgere; et bene culta
Prospexit uiridaria.

Mirabatusq; situm, et perspicuas aquas,
Ludentumq; simul Naiadum choros,
Ridens atq; salubre
Coelum, talia protulit

Fatis Euganeas ni peterem domos

Hanc terram incolerem, et moenia ducerem
Vobis; barbara quam gens
Pressa aevi tremeret metu.

Valle aptum video nam positum locum,
Quà tollunt apicem limina ad aethera
Strasoldi; Natisq;
Cursu non procul irruit.

Illic Ismariae genti aditus patet,
Aedes quo celebres tendere ad Italas
Posset; Martem vivosq;
Aeres sternere dextevis.

Illic magna forent moenia molibus
Tollenda; atq; via vomere ferreo
Signanda; et statuenda
Propugnacula militi.

Sed tempus veniet, quo Veneti Duces,
Proclavi imperio, de his statuent: vivi
Pluresq; haec referent. quin
Permittunt Superi haec fore:

Hoc mane ut Eiugos duxit ab aequore
Eoo vrtilans sol, specu ab horrido
Tendens garrula cornix
Navis constitit arbore:

Misitq;

Misitq; é tenui talia gutture.

Nascentur proceres stemmate regio,
His ovis dominantes,
Dantes imaq; gentibus.

Qui reddent patriam milite Cæsaris
Tutam a Sichoniis hostibus: inserent
Palmam quiq; virentem,
Victori aurea præmia.

Hîc certare manu fas evit acriter;
Ac instar veterum ludere brachiis;
In campis equitare, et
Ludos fingere olympicos.

Nec tam, totq; feros Pisa equites canet;
Quàm Marcvte Duces laudibus euehet,
Olim PALMA tvophois
Clara, et Pallade præpotens.

Ante autem armipotens sanguine Tvrico
Cretus, Prodes evit maximus urbium;
Et regalia sceptra
Gestans, ius dabit incolis.

Dicéturq; suo nomine Patria;

Condetur̃q; suo urbs nomine, martiis
bigna heroibus, amne
quà rauco Natiso fluit.

Florebit̃q; Vtinum; at magna Aquileia,
Altrix semideûm, plenaq; Principum
Cuertetur ab hoste:
Et cladem feret ultimam.

ode ix.

In somnio uisa sunt Barbara
gentes, irruentes in Italiam;
in quam ubi ingressa sunt,
a Palma cohortibus Vti-
num iuxta casa
fuerunt.

Contigerat metam mediam coeli peracta bigis
Nox; et quietem quisque dulcem agebat;
Pectore dum somnum profligabam, lectulo remotus
Sedens curâ ab omni, quâ die premebar;
Cum uana occurrunt mihi somnia pallida figura:
Quae dormientem talibus lacessit.
Surge, age, nunc hostes adsunt, qui deferuntur omni

Vi tecta adsista, et movte quemque plectunt.
Non surgo; videor sed tunc contendere in latebras
Irigras ferarum, quaerere et salutem.
Vindelicam gentem cernebam, Gotticamq; diram
Deferri ad urbes Italas ab Arcto.
Saevitiâ horrebant, Orci ceu furida cohortes,
Circumdata atris anguibus capillos,
Plectentes animas pravorum crimina ob nefanda,
Vexare eosdem morte destinata.
Depictiq; truces vultus herbis, vude atq; corpus
Bracceis, lupovum pellibusq; tecti,
Terrebant Italos ferro; quîs militare robur,
Cultiq; mores, litterarum et usus.
Quaerebant caecasq; senes, et simplices puellas:
Ingenti et acies impetu vuebant.
Per tenebras armatus longâ cuspida ibat acer
Dux: et gemebat Marte destitutus.
Audiit ut questus Supervm Rex, non tulit vuinam
Gentis, scelestas resq; Barbarovum.
Custodes vigiles nam PALMÆ, conciti furore,
Sumpsere fervum, et contulere gressus;

Quà Graecatæ acies tendebant, damna deferentes,
Per prata, uicos, tectaq; euagantes.

Acri animoq; illas aggressæ signa contulerunt:
Aliis domorum atq; expulere tectis.

Tunc enses, galeæq; leues, clypeiq; perstrepebant:
Latèq; pugnis contremebat orbis.

Barbara sed gens est expulsa, et cæsa, ubi est Varoli
Fratum, prope Arces Vtini uirescens.

Cernere erat letho stratos homines, equosq; campis,
Enses cruentos, novicas sagittas.

Quales Armeni horribiles affere consuescunt,
Tinctas ueneno, cuspide atq; acutas.

Gaudia fundentes sunt uisæ per uias, laresq;
Iulæo in agro ciuium caterua.

Turribus et celsis sonuerunt æra, lucidaq;
Faces domorum arsere culmine alto.

Germanus fratri tunc est lætatus, ipsa bella
Narrando, et ipsi coniugi maritus.

Atq; oleâ redimita comas pax, pulsa quæ furore
Cædis, uirentes uênit ad recessus;

Palmæ ubi sunt fructus; quèis gaudent milites potentes
Marorte, rebus toto in orbe clari.

Omnes ornarûnt et coeli laudibus parentem ;
Et uota diuis maximis pararûnt .
Tum precibus fusis froenum imposuit scythis, et Indis
Caesar celebris Iulius triumphis .

O quantum tenuit me cuius haec imago, dira
Timore magno mortis inuolutum .
Aurora ut fulsit, uanum me somnium reliquit .
Tunc omnibus sum gaudiis repletus .

Ode x .

Leonem Palmae in agro degentem
colubra aggressus est : quem ea-
men leo male tractauit :
in fugamq; uertit .

Bissena auricomus signa perambulans,
Et lustrans radiis frugiferum solum
Sol, se contulerat; stans aries ubi
Ver spirare nouum aspicit ;

Anceps egrediens cum leo proximis
PALMAE urbis retulit se ad uirides agros :
Illicq; accubuit ; Phoebus ubi aureo
Specabat sata lumine .

Se lingua expoliens gramineo in toro

Tergebat uigili nunc studio iubas;
Nunc tergum vigilum, dentibus ungulas
Tondebat stipulâ obsitas.

Ecce ingens Coluber tectus aheneo
Thorace, et pedibus spicula oletinens
(Monstrum terribile) arrectus, ut impiger
Miles, prælia dum gerit,

Excelsâ è Rhodope ad Iuliacum solum
Repsit; lato animo stabat ubi leo:
In cuius saliit tergora protinus:
Illi uulneraq; intulit.

Ictu est lethifero ut pressus, in aguora
Secedens timuit: gramen et unguibus
Vellens obstrepuit; ceu lupus, inscius
Fraudis, cum incidit in plagas.

Post, sumens animum, concitus efferâ
Iraq; in Colubrum prouuit; et rapit
Dente illi iaculum: non tamen est potis,
Ipsum euertere funere.

Nam fugit, rapidum ce[illegible] uolucris, uidens
Delapsum accipitrem uertice montium
In se; ut patitur dum miseram trahi

Pullos

Pullos perniciem ad suos;

Si forte is dominor clade animalium
Vexetur, rabie pellitur improbâ.
Hinc illius imago est Agamemnonis
Scuto, expressa coloribus.

Illum si officio quis cumulat, memor
Fovetur perpetuò ipsius: in intimo
Ham servans animo, quod retulit, pari
Solvit pondere gratiæ.

Desertâ in Lybiâ Andromedam aluit, ferens
Illi sanguineam prædam animalium:
Est nec passus, ei fœre aliquid mali
Tigres horrifico in specu.

Hæc sed si lyrico carmine prosequar;
Ducens sol bijugos gurgite, tramite
Bis seno Æthiopas prospiciet; quibus
Vrbes sunt habitabiles.

Ode xi.

Jupiter Deos ira percitos, quòd Prometheus
ignem è cœlo hominibus detulerit, consolatur;
inquiens, attulisse ipsis perniciem; cum tormenta bellica, quæ ignea deiectura sint urbium
muros: quæ tamen urbem Palmam; etsi
Turcæ nonnumquam, deicere non
potuerunt.

Clamor deorum in concilio fuit
Audibus ingens, et fragor aethevis,
qualis, Gigantes si Tonanti
Bella iterum indomiti parâssent;

Ovsis nefandis dum Iapeti genus
Ignem supevnis aedibus abstulit
Malè ominatum, ausum meatus
Fraude malâ penetrare cœli.

Diui, furovi pareite, Iuppitev
Inquit: beatos iurgia dedecent;
Sedate mentes: nec querelis
Insolitis perhibete diva.

Hic damna, luctus, et miseram necem
Antehac beatis, gentibus intulit;
Ipse authov autem tot malorum
Supplicium meritorum subibit.

Vera est locutus. Post aliquot dies
Glans aurea atris ignibus excita est;
Megera quales torua flammas
Sulphureis fouet in cauernis.

Hac dux perhorret; moenia concidunt;
Detvrbat aedes; deiicit aggeres:
Impleta stevnit hinc cathenis

Belli-

Belligeras Equitum cateruas.

Testes Achæi, Dacus, et Æthiops,
Et Persa; cum Rex prodigus impêvi
Campos per extentos feroces
Thracius explicuit cohortes.

Sed magna quamuis robora proferens,
Quà diues Indus; quà vapidus scytha
Vexilla pandit luctuosa,
Imperio spatietur amplo;

Non fas eidem, euertere moenia
PALMÆ potentis. Fœdera perfidus
Sancita frangit: Mars decenti
Fœdifragos prohibet coronâ.

Algenteem ad Arcton ergo ferat pedem;
Quà Bactra, Colchis, quàq; viget Scythia:
Queis nulla lex, nullumq; fœdus:
Threiciis egriteq; campis.

Non sustinebunt Itali, ut asperis
Exortus ouis Hesperios agros
Deuastet; atq; impunè miles
Cyaneas subeat cauernas.

Ducant perielis Iuliados dies

Procul incubantes nec tuba suscitet.
Nunquam uirentes in recessus
Iuliacos Othomanus armis
Irrumpet hostis. Adriacus leo
Hic pandit alas; hic vigidum latus
Extendit. Ignes quis uomentem
Terribilem impariobus lacessat?

ode xii.

Dum poeta amoenitatem Fori
Iulii laudat; amoenissimum
esse dicit ob Palmam Idu:
me illuc relatam, ubi
consitam.

Inclytos ortus atauis trahentis,
Bonbus ruris animiq; clari,
Iessali tellus speciosa Graiûm
Nomine dicta est.

Iulia at fulget Regio, dedit cui
Iulius nomen; celebrem triumphis
Quem tot ornarunt tituli, Imperator
Urbis, et orbis.

Illa diuinas recolit Camoenas.

Pindus

Pindus est illic, Heliconq; gratus:
Cnitent hovti uiolis; ligustris
Prataq; vident.

Explicant campi uirides tapeta
Graminis læti, casiaq; olentis:
Libevi humano generiq; munus
Vtile præbent.

Alpium circum niueâ coronâ
Clausa diffulget; ueluti lapillus
Anulo; quem mox tulit ex eois
Aduena terris.

Æquore agrorum in patulo resurgunt
Cditi colles; gurbus alta tecta
Insident late; procerumq; cincta
Oppida muris.

Dehinc ferax campus segetum uidetur;
Appulo qualis colitur colono;
Siue hyems horret niuibus, uel æstu
Syrius ardet.

Floribus ualles gelidæ uirescunt:
Instrepunt riui; fluuiisq; leni
(Stant ubi Fauni chorcas agentes)

Gurgite curvunt.

Cucheunt se illic nemorum recessus:
Pratag; ostenteant speciem; Camoenas
Cernere et illic tenui referre
Pectore carmen.

Colitur quale in viridi Caystri
Margine a cycnis; recinunt ut unà;
Explicantg; alas; resonat susurris
Undag; gratis.

Non procul rerum dedit alma mater
Stare spectâclum mage, quod poetae
Molibus dicunt; ubi curvat almo
Flumine rivus.

Palma Idumaeis speculis relata,
Consita avidet viridante in agro;
Dicta quam curâ Artificum suprema
Moenia cingunt.

Illius radix penetrat profundas
Tartari sedes; et apex Olympum
Tangit excelsum; Superisg; probet
Frondibus umbram.

Ponde;

Pondevi haud cedit ; licet illud ingens :
Quo magisq; ieiu premitur, magè illa
Tendit ad coelum : et superans, quod obstat,
Brachia pandit .

Non potest uinci scythicâ secuvi ;
Effero Marti sacra, quæ perennat .
Quam gevit uictov, spoliis opimis,
Laudeq; clarus?

Cygo quid maius cecinere uates?
Ravius ponto biiugos loo
Phoebus educens rutilans quid almo
Lumine spectat?

ode xiii

Julius Cæsar post mortem revsus
in astrum, Fovi Julii urbes
aspicit : inter quas ui :
det PALMAM flo :
rere .

Martiis cohortibus
qui præfuit ; uicitq; bellicosos
Hedvos, et ultimos
Scythas coegit colla ferre triste

Sub iugum; et potentibus
Parere Romanis; facessere omne
Iusq; Principum inclytus
Cæsar beârat se hostiles trophæis;
Atq; Romæ honoribus.
Vt egit hanc uitam, aduolarunt ædes
Lucidi poli arduas:
Ibiq; in astrum uersus, oram ad illam
Lumina attulit (memor
sui soli) almo Heroe dicenda ab ipso.
Luce quam nouâ intuens,
Suam reuisit patriam, atq; acuta
Montium cacumina:
Agros amoenos, floridosq; colles,
Flumina et liquentia:
Ab arte mirâ quodq; constitutum.
Artium situs, uias
Aggressit, urbes, atq; fortiora
Castra, quæ locauerat,
Amore magno prosecutus ista.
Sidus ergo Iulium

Aquas

Aquas ab ipsis arcet irruentes
Coelicis recessibus;
Niuesq; duras Caucaso insidentes.
Hîc beantur incolæ;
Hyems inhorret saeua seu pruinis;
Seu calor polum occupat.
Abestq; grando; uineis obesse
quæ solet feracibus.
Nec uule, ut hornas tangat ulla fruges
Sidevis malignitas:
~~Quam~~ Insanus, hic t supremo
Imminens polo horreat.
Stupetq; densas ciuium caterras
Fauve per uias pedem,
Velut uolucres; dum uolant per agros;
Pratq; perq; florida.
Virisq; gaudet; qui decus Minerua
Retulere maximum.
Vel quos rapido cepit alma Iouis;
Atq; litterarum amor.
Reflet ad illos deinde lumen, Vrbis

quos iuuat labor nouo.

Nitescit illic sacra Idume: et illic

Palma nobilis uiret,

Dicata Marti: quam uetant recidi

Augures: ita et canunt.

Iubent resurgi fata martiam urbem;

Quo manu Attilio irruit,

Foro in patenti Iulii, refertam

Gente, rebus inclyta:

Scytho hanc timebunt asperi, atq; Thraces,

Efferiq; Vandali.

Videbit illam uiribus uigere;

Totq; stare soeculis;

Nouamq; Palmam sidus esse terris.

ode xiv.

Venus, et Mars postquam in palmarum
nemore in nocte simul stetervnt, in
discordiam uenervnt. Ideo Iuppi-
ter eos separat. Agrorum amoe-
nitas, et mare, quod illuc cum
arte ducetur, Veneri; Arx
autem PALMÆ contigit
Marti.

Declarat

Decerat nox uaga palmarum in opaco
Nemore almæ Veneri gaudia grata;
Deo et unà vigido, Threicias qui incolit oras;
Fera discordia cum cepit eosdem:
Repetentes suaq; oras adierunt,
Supervûm quas pater illic dedit illis habitandas.
Roseum PALMÆ ibi agrum tunc Dea Cypri
Tenuit; dum mare ductum arte ad eundem
Rigat: et, dans speciosum decus ipsi, insonat undis.
Quibus ortum trahit illa: atq; ideo igne,
Propè qui sunt pelagum, uruntur amoris:
Et eo cuncta uidentur choreas ducere blandas.
Colit arces ~~patrias~~ Stavs; uali dum cui
Residet cor; fera et arces superandi
Acies mens, repetendi et spolia ex hoste vigente.
Referens atq; animum tristia ad arma;
Studium est quîs solitus ponere, liquit
Cygnea omnia solatia, bello nocitura.
Parat hinc Mulciber illi graue ferrum:
Cogit atq; id rutilanti igne: laborant
Specu in atro q; Cyclopes, rigidi pectore, et ore.
Sonitum incudo dat: horrentq; cauerna:

Vidcat ire vuere ut mundus : ita urgent
Opus : urbisq; saluti inuigilant voto..e deûtra.

Ab eo longe animi blanditiæ stant,
Iocus, et cantus, et inusa uoluptas,
Adimens uim : a quibus a.. bellica mire peramatur.

Venus at contra, hilari uultu it in agrum,
Violis, atq; hyacinthis ren.itentem,
Famularum, iuuenumq; agmine tentum geniali.

Posita ò quam alite fausto urbs fuit ist..
Vbi stat numinibus sacra duobus.
Ideo mente beatam omnibus hovis fo..cerno.

Dea uitæ fœcitatem eiicit illinc
Procul, et barbariem : et elicit amandam
Comitatem, et lepidum collo, quium ovisq; leporem.

Deus at militia, duxq; cohortum
Vigilans pellit ab ipsâ urbe dolorem,
Animi omnemq; metum, hostisq; furorum properantis.

Igitur quid mage PALMA est speciosum?
Magis et forte? ubi Mavs hovvidus, atq;
Evycina vgvore degit facie almâ celebranda?

Ode xv.

Figu=

Figuræ æreæ Vtini in Horarum
turri stantes horantem PARMÆ
excubias, ut vigilent, cum
hostes iam iam ad-
futuri sint.

Musæ, quarum est naturæ mirâcla referre; et,
Si libet, inspicere;
Et, quæ stant undis Lethæis obruta, cœcis
Eruere è tenebris;
Hûc celerem conferte pedem: placidosq; recessus
Linquite Pieios.
Mira euenerunt, animo incomprehensa quidem in urbe;
Quæ memorare iuuat.
Hoc mane ut rapidis Aurora inuecta quadrigis
Oceano nituit;
Vtineâ in turri fulgentes æreæ figuræ,
Quæ spatium statuunt
Horarum; atq; diem signant, in culmine ruris,
Sunt sinuare genu;
Ictibus insolitis inq; as consurgere, tales
Ore sonosq; dare.
O PARMÆ excubiæ, labentia pendimus horis
Tempora dum paribus,
Curate officium: atq; urbis, uestrumq; domorum
Inuigilate bono.

Non procul hinc hostes scelerata mente feruntur :
Cuneata repleneq; metu :
Ne muris altis secedite : nec sopor ullus
Lumina uestra premat .
Somnus obest Marti : sueti hoc Capitolia Galli
Insiliere truces .
Incola Pannonico est Turcarum damna coactus,
Tristeq; ferre iugum .
Robore at insignes Equites uigilantia summo
Extulit imperio .
Hac uicit Belgas Cæsar, populosq; rebelles :
Cui datur omnis honor .
Pectora uestra igitur bellatrix gloria tangat ;
Grande decusq; patrum .
Triginta hinc annis Veneti spolia ampla tulerunt
De hostibus Ismariis
Puppibus in pelago : qui nauis signa ferentes
Conseruere manus .
Nata rum est, dextris insignia ferre parentum :
Et simili ire gradu .
Num nos degeneres animus nunc arguat ; hostis
Dum propè saeuus adest ?
Rauco æris sonitu dabimus nos signa ; pericla

Maxima cum fuerint.

In turvis piceas statuemus vertice tedas;
Lumine quas niteant.

Quamvis obscurâ fulgentia sidera nube
Occulat humida nox;

Ne quis vos coelo in tenebroso fallere possit;
Clamq; parare necem.

Nil tandem a vobis absit virtutis, et artis;
Thrax procul ut fugiat;

Sublimis Rhodope ingenti quà vertice spectat
Antra habitata fevis.

Nec dubitetis enim, quin singula prospera cedant;
Si unanimes evitis.

Nam virtute tremunt Italâ Scytha, Daeus, et Indus,
Threiciq; manus.

Quas vinci a vobis permittunt numina coeli;
Et dare terga fugæ.

At filei vero qui rectâ semitâ aberrant,
Tristia fata premunt.

Ode xvi.

Idumæa Palma, quæ Vtino Iulia:
eo nupsit, conquevitur; quia Iur:
casum incursionem expectet:
contra autem, ab Vtino
PALMA consolatione
assciturs.

P. Sit Musa testis, Theiâ ee dicat fide,
Ab ore mœsta quæ traham.
Eram beata; meq̃s pluvimis bonis
Fortuna grata ornauerat;
Dum stabam in oris Patriis; inclytisq̃s me
Idumæ habebat ædibus.
Afflicta sed magno dolore nunc premor,
Priuata rebus omnibus;
Te ut sum secuta; fœdera a nobis die
Quo facta sunt fidelia.
Recede curis, dulcibusq̃s gaudiis
V. Incede tecti in limina.
Benigno es astro uecta puppe concauâ
Amœnam ad oram Iulii.
Sinistra cornix omen haud malum tibi,
Hæc bubo diuus edidit;
A quo uiui formam celebrem sumpseram:
Vrbis qui adhuc nomen gero.

Deest nec auri pondus; et quod attinet
Ad commodum, et decus tui.

P. Scio, te amore prosequi mea omnia;
Nec mente abesse ab optimâ.

Queror sed anxie; premorq; tristibus
Cuvis; quòd heu previsa
Gravia imminent mihi: et cohorrescoq; anxio
Metu usque Thracum distrahor.

Ligonibus quare Artifex humum fodit:
Is meq; sepit manibus.

V Soluta posses hinc timore vivere, et
Cunctis procul molestiis.

Servabis et fructus tuos, nec evipi
Ab hoste eos verebere.

Necnon ego patentibus vallis fevor
Circum, ense munioq; me.

Olim tuli potentium hostium manus,
Ruentium in caput meum;

Prius quam haberem te; data et foret fides
Lecto verenda coniugis.

P. Verum vereor. Posthac replebo gaudio
Me; nec dolore comprimam.

Posthac minus timebo uim Scythæ horridi;
Daci minusq; Barbari.
Tecumq; recte uitam ego per pericula
Seiuncta confluentibus.
Videtur alta moenium profunditas;
Marisq; ductu littora.
Quisnam ferret pedem, haud uolente milite,
In Arcis ampla compita?

V. Potes manere tuta; siue sol cadit
Oras ad Hesperi ultimas;
Siue ex Eoo agens quadrigas gurgite
Campos uiuentes luminat.

. Non missa glans cauo ære plumbea cruet
Hæc ducta in orbem moenia.

. Gressumq; si soli latebras quis ferens,
Perq; ima tecta cogitet,
Vicos adire, uel, cloacis usus, uelit
Vrbis sedere postibus.

P. Fruamur ergo pacis otio, bono
Et consulamus inuicem.
O sic uolemus ad poli cacumina,
Post acta uitæ tempora.

Omne

Ode xvii.

Fovoiulia Motta ad pontem uenit;
qui limes est sui imperii; dum
manus Agricolarum, in suam
provinciam irruentium,
accedere audiit. Ab
iis celeritatis caus-
sam petit. Causa
autem exposita,
quò uolunt, iter
faciunt.

Julia terra est montibus circumdata,
Præsidiisq; sevi Martis potens, et aveibus
Vectis ad astra coeli, adire quas valet
Nemo; licet validâ cohorte militum urgeat.
Carce sed alpibus; videt Tarvisium
Quà rutilis oculis, aditq; termino prope
Ligurtiam, statuto ab incolis ibi;
Excubias ubi nunc tenet; pecem neguis ferat
In Patriam sed corte claram, et P. rde.
Rustica densa cohors tunc forte PATAVAM sacra
Adibat; urbis alta tecta ut conderet.
Quam propere egregiorum cum vidit alma Julia,
Latus reuincta ferro adiuit obviam
Limitem ad imperii sui: manens pone

Mottense; quem prope it agus Morticanus,

Accipitur uitreo in sinu et uaga Liquentia.

Ensem tenens q̃ ab ore talia edidit.

Sistite, ne ulterius uenite. Patriam ad meam

Qua causa uos suadet ultro accedere?

quid petitis? Regio quæ uestra? cur denso agmine

Iris strepentes murmure, alites uelut;

Seu per inane uolent; seu prædâ ecant uirentia?

Responsa cui dedere tunc illæ inuicem.

Iuliacam petimus PALMAM, iubente Principe,

Qui degit urbe in Adriæ; atq̃ iura dat

Omnibus his populis, terris potens, et æquore.

Vt scis, ibi Arx nunc conditur, periculis

Si procul a dubiis; hostis feri ne dextera

Behinc illam edace uexet igne, et ensibus.

Fallimus eloquiis iter molestiâ obsitum.

Iam dum patentem actimus agrum, feruidis

Multa uiis patimur: torrens coquitq̃ nos calor;

Velut qui in axe solis usque agunt dies.

Subdidit ista libens: sedans et iræ incendium,

Hostes amore prosecuta debito.

Quòd Veneti iubeant, uenire ad Eanc Prouinciam,

Gratum mihi: repletur et mens candida

Lætitiâ; ut nequeam uobis referre pluribus.

Me

Mihi gerendum quodque causâ Principum ;
Vnius et capitis pericla adire est ardua.
Quiritium, potentis atq; Cæsaris
Stemmate sunt geniti : ex quo et ipsa originem trahо.
Virtutis æmulique maiorum tenens
Romulei imperii formam, decusq; regium :
Seu iura dant urbi ; gerunt domestica
Seu cupidi propriæ rei, procul forensibus.
Rector
Sic Præses æthevis bonis perennibus
Dei fruitur ; manibusq; signa sceptri figere ;
Vbi Getes, et Indus, et Scytha æquus,
Incolaq; Hesperiæ, et posterema Iberiæ sedet.
Fœlici adire sidere, et laboribus
Invigilate : nec æviris manu ligonibus
Abeste : ab arce hac deferetis præmia.
Maxima laus dabitur pedem ferentibus domum.
Nec vos scelus referre quidquam ad impium
Decet animum ; ut capitis pœnas tulere qui truces.
Malum imminet malo : nec impunem diu
Integra iura colens permittit ire Iuppiter.

Ode xviii.

Cupit, ut fœlici aliæ arces conficiantur ;
in quibus Præses degat : ipsasq;
laudibus extollit.

Iura diis superis in celsa Iuppiter aula
Dat: lance, cuique quod suum, pendit utraque pari.
Terrarum proceres similes stant orbe tonanti:
Fasces in impii et uiri constituunt foribus.
Gens ideo a nullo secedit tramite honesti:
Proculq; ab urbis incolis diffugit omne scelus.
Alite felici fulua extollatur ad astra
Domus celebris Praesidis; grande ferat q; decus;
Effulta auratis trabibus, radians q; columnis;
Struxere quas summo periti Artifices studio.
Iustitiæ gladios illic, uncos q; satellites
Diros; uolumina et tulit; legum ubi pondus inest.
Quas sanxit Praeses iusti moderator, et aequi.
In tempus illas et coli ciuibus omne dedit.
Ante alia insignes decorantur legibus urbes;
Vt conditæ sunt, obsitæ moenibus et solidis.
Vitam mille uetant furtis agitare Procustes;
Securi aheneâ probris uulnera qui q; ferunt.
Vt Romam muris praecinxit Romulus altis;
Edicta seruanda omnibus, iura q; constituit.
Non tulit aequo animo, ut pedibus premerentur ab ullo;
Licet ualeret corporis robore, et ingenio.

quin

Quin morte oppressit fratrem; ne euersor honesti
Tunc uisus esset, ut malum dedecus et fugeret.

Spartani ut leges agui coluere Lycurgi;
Vim pertulerunt hostium: nec ti uere minas.

Posthabitis illis, ubi sunt precepta secuti
Iniqua; eorum maximum corruit impetium.

Sed tuto peragunt soles, qui moenia PALMÆ
Lata incolunt: non iis erit sors adeunda mala.

His Veneti insignes sceptro dominantur, eosdem
Curantq; luctuosa nec fata subire sinunt.

Cernere eos stantes excelso Regia in aulis,
Structis aceruis, pineis et ualidis trabibus:

Volucre dehinc animo potis es miracula palmo:
Quo quò pernergetur magis, pondere et opprimitur;

Se erigit illa magis; caput atq; extollit ad astra,
Parere nescia hostibus, nescia ferre iugum.

Hoc non fert fructus; ni adhibeatur masculus ille.
Si sola degat, utili fertilitate caret.

At parte ex aliâ est oculis spectare, uirorum
Pugnantium pectus ferox agmine cum Ismario.

Seu prora armati pelago infregere carinas;
Patentibus uel ipsi agris pugnam iniere trucem.

Cernuntur bene iuncta illic tabulata pyropis
Fulgere cois; incidit quos manus Artificis.
Hac aulâ est igitur quidnam speciosius? illi,
Quas condidit Minus, Pharos insula quasq; habuit,
Cedant; quamq; colit bipatenti limine Phoebus,
Argento, et auro, deigneis chrysolithis nitidam.
Et plena infestis quin telis Regia Martis
Cedat: potentius viget fervum ubi iustitia.
Quo dat cuique suum; nullo et discrimine plectit;
Inops sit, aut dives: vices sors gerat, utq; velit.
Iupppiter hoc iubet in celsa mortalibus aethra.
In orbe iussis illius quo peramanda magis?

Ode xix.

Luna Turcarum insigne cum plures
urbes Orbis terrae in nocte lustrâs-
set; radiis PALMAM adire non
potuit ob alta eius propugna-
cula: et propterea con-
queritur.

Regina astrorum praebebat cornua Phoebe,
Insigne Regis Thraciae;
Dum bigis euecta nigris, sole orbe fugato
Conscenderat celsum ad polum;

Arce-

Arces ut terras lustraret lumine, et essent
Sibi aptiores cognitæ :
Tunc Asiæ impervium primum illi se obtulit, urbes
Hyrcaniæ, atq; machinæ ;
Quas habuit quondam Babylon, turritaq; Memphis,
Regum sepulchris splendida.
Sydoniq; Assyrii et foelices ubere campi
Terræ, atq; garâ fulgidi.
Threicias deinceps oras speculatur, et arces
Byrantii, sceptro inclyti.
Inde et Ganeos scopulos, Peucenq;, Carambin,
Euxini et albi littora.
Castraq; Pannoniæ, quo uicit Marte superbo
Senis ab hinc iam mensibus.
Oppida quoq; potiri optat munita Viennæ :
Germaniâ et quod conditum.
Ad terras alias uultum conuersa nitentem,
Quà Belgæ inhorrent præliis,
Inuidet inuictis ducibus, telisq; cruentis,
Raptis ab hostium manu :
Et nitidis spoliis, sublimibus atq; trophæis,
Aulâ statuetis publicâ.
At dum se uoluit, quà fortis certat Iberus ;
Potentiâ eius contemit :

Moenia castrorum seu maxima prospicit; agmen
Seu militum vigentium.
Quae quondam retulit, tunc secum damna voluerat,
Abesso Rege Iberiae:
A Gente Ismaria dum non vexilla Tonantis
Revelli ab aedibus sinit.
Denique ad Italico campos sua detulit ora:
Invidit et formae illius.
Quae clara est armis, clara ingeniis, superisq;
Divis verendis aemula.
Vertit ad Italiam, quae pars speciosior orbis:
Immo eius est amoenitas.
Stant ubi Musarum, Charitum lataeq; cohortes;
Humanitas, decus, lepos.
Non a Barbaricis venerantur gentibus illa;
Quibus benignior abest.
Et caput extorquens, quà maxima lapidis ora est,
Deridet orbem luminis.
Non fuit ignara illius, quae conditur illic,
Arcis sub almo sidere.
Ac dum tota aciem conata est vertere in illam,
Defessa coepto desiit.
Ac experta diu tandem sic questibus implet
Aedes supernas aetheris.

Aeterni

Æterni ò mundi sublimia numina; tuq;
Es qui potestas omnium;
Cur tot congesta moles, tot pondera et illic
Saxorum, arena et culmina?

Non opus, his ovis PALMAM talem esse putare;
Idume qualis germinat.

Aggere munorum quo non est septa: nec istâ
Proceritate cernitur.

Ni mihi concedat tu magnus Jupiter, illâ
Potiri; ego uix sum potis:

Cum mihi deficiant uires, et lumina: quod no
Hoc ante tempus contigit.

Vrbes, quas teneo, satis erit mihi, cernere: ad oras
Ire Tealas dii non sinunt.

Ode xx.

Vrbs Venetia, qua virgo est, Palmam
filiam non sine omnium admira-
one peperit: quam Mars, et Ve-
nus pro sua educavûnt: alte-
ra docens ipsam sanifi-
um; altera rei milita-
ris peritiam.

Regina Adriaco sceptro, et spectabilis ostro,

Virtute, clara, tevvis boride et potens, [illegible],

Illa quidem uirgo; quae non sociata cubili est;

Procis licet petita, Principum et minis,

Impevii ad metas animi concesserat ergo;

Iulwa ubi celebris est prouincia.

Dumq; mouet gressus per floricla prata, catervis

Stipata seruientium illi uirginum, [illegible],

Est ipsi risus uenter turgescere; in auras

Grata et uenire PALMA dicta nomine.

Tunc stupor invasit mivus mortalia corda:

È prole deinde quisque cepit gaudium.

Cui species videt vultus, velut aurea gemma;

Quae nuper orta perlegatur nauitâ.

Et cui scintillant oculi vutili velut ignes

Poli; propinquat nox ubi atro in vespere.

Ista placet tevvis, in coelo et cuique deorum:

Nutrire, habere et quisque gestit actibus.

Matrem, Veneremq; ardens tunc forte premebat

Amor; puella dum urgebat parvula.

Lumina voluentes in quam sic ore tulerunt.

Vix orta quo nitore fulget filia.

Postquam progenies nulla est de semine nostro,

Hanc

Hanc natam alamus, quo deus fovet Patria.

Pro nostraq; domi degat; cui insignia claza
Tradamus artis, quo ~~decorat~~ fovebat Principes.

Nec mora, deducunt illam properantes ad aedes:
Auro et nitente sede fulua collocant.

Diua Venus calathum prabet studiosa Minervae:
Telamq; acusq; et pulchnora stamina.

Hanc docet, ut possit tenui discrimine formas
Movealium, deumq; recte pingere.

Iuppiter in taurum ut versus fera corda fefellit:
Blandis potitus cuius est amoribus.

Deinde docet tacitos nutus conferre, chorosq;
Curare: si suasevint solatia.

Sed Mauors, melior cui stat sententia, ferrum
Vt tractet, edocet, geratq; praelia.

Ordine quoq; acies disponat, militeq; hostes
Pellat furentes é sinu dulci domus.

Solerti ingenio retinet, quaecunque docetur:
Nec mens profundâ obliuione tangitur.

quoq; magis crescit, maiori accenditur aestu
Scientiae; subire castraq; hostica.

Excelsis muris se circumsepsit, acerbi

Præesse belliq; incipit cohortibus :
Militiam ut possit caria cum matre fouere :
Proculq; Thraces finibus trudat suis.

Quàm dulce, et gratum regali stirpe creari :
Thronoq; stare sceptra gestantem aurea!

Rex ius dat populis ; et frænat legibus orbem :
Et, quod uelit, iubet : quod aguminq; imperat.

His titulis nata est, regali et stemmate PALMA :
Vestigium parentis et calcat suum.

Hæc præstat formâ cunctas, ingenioq; pudore ;
Quocunque sit puella Regis filia.

Præsidet Adriacis mater tex maxima in oris ;
Sueta nullum ferre Principis iugum.

Illi serta ferunt, oleris intexta, quotannis
Coo, Ibero quinq; in orbe considens.

In terris noscunt illam, pelagoq; potentem ;
Ad Bosphorum piratæa cui detruditur.

Nec patitur, Christi populos seruire Tyranno :
Cui nulla lex, fidesq; nulla fœderis.

Sic utinam Europæ foret immortalis in orbe ;
Cinisq; magna fascium potentia.

Bar:

Barbarie hos ullo non ferret tempore tangi;
Quibus lepos est, gratia, atq; urbanitas.
Illa coli annueret saturni soecula; et almam
Regnare pacis, otii et beam urbibus.
Quae in terras, ex quo coelestia regna petiuit,
Non uênit, infandum scelus uirûm tremens.
Sit modo terfoelix, in qua ditione quieseit:
Illucq; posthac transferat Maurum, et Getem.

ode xxi.

Qui PALMÆ praesidet, opus est, ut
aliarum urbium Praesides et
scientiarum cognitione,
et uestigium ornatu, an-
tecellat; cum ips a
PALMA inter omnes
principatum te-
neat.

Vrbs laude seretur, plurimiq; ducitur:
In qua rei stat pondus, et Regni salus.
Mittatur ergo in hanc, noue qua conditur,
Qui doctrinis nitescat ingêni inclytis:
Ipsisq; praestet coaevis gerentibus

Curam urbium: feraq; cultum corporis
Seorsum ab iis, qui nunc regunt prouincias.
Debet nitere Principum nam purpurâ;
Quicunque in Arce deget hac, sceptrum tenens
Regale, amictibus decorus aureis,
Tectis lapillis, Indiâ quos detulit
Mercator, incedat, trahens ad se omnium
Vultus; procul stent ut stupore conciti.
Clarissimis et artibus uacans, uiros
Suadere discat lacteis uerbis; ferox
Seu bella Mauors nunciet; seu candida
Pax otium colat, reuincta tempora
Virenti oliuâ: quâ exilit uir gaudio.
Ad astra uectus mente spectet aethera;
Occulta uoluens cuique, digna cognitu.
Quos haec feret, nati micabunt dotibus
Ravis Mineruae, ceu Sophiae liberi.
Quin omnia ut futura quisque calleat;
Ovaculum responsa quae sacrum dedit,
Sciat. Serepunt ab ore sic haec edita.
Condetur urbs foeliciore sidere;
Strasoldi ubi uidebitur alta moenia;
Venosâ ab Arce non procul, lato et mari. Vbi

Vbi urgebunt incolæ; quos providus
Bonis fouebit optimis Rex Cœlitum:
Docta supremam si sequentur Palladis
Viam; et pedem ferent per altæ montium
Cacumen: Illic stans caput scientia
Reuincta laureis corollis; arduo
Scit quoque cœlo, quoque terrâ et insident.
Eis patebit ars gerendi prælium:
Nam castra amabunt, condita illic mauria,
Munita propugnaculis, et mœnibus.
Sed fas, in ipsa ut Præsens almâ floreat
Doctrinâ; eos excedat et, qui præsident
Late urbibus; regnantq; nunc fausto alite.
Vbi Accolæ uirtute magnâ maximi
Stabunt, olorum inseat cohortium fovis
Carmen æraheneum dulce blando è gutture.
Quot clara maiestatis illic lumina
Cernentur ovis omnibus ferentia
Lucem, parem poli ignibus fulgentibus?
Quin Flora pulchris liliis tunc consitos
Agros uidebit; plena sertis limina
Musæ, suaue concinentis carmina:
Saphiq; Diuam præsidentem cantibus

Vagari ubique, lota ee ore ˜icere.
Quare perennet ˜uique terra cognita
Iulia: et immortalis exeet nomine:
Iendebit a qua eam celebris ciuitas.
Sonos Apollo uoce˙ tales edidit:
Caputq́ in antris condidit: quo concita
Caterua; passim mugiitq́ sibilis.
Quisquis deorum, considens in uertice
Poli, annuit. Tonantis autem splenduit
Iouia: et supremo iecit ignem ab æthere.

Ode xxii

Aligeri diuino iussu è syriis
in Iuliacos agros palmas
transferine: quo in
urbem nevruntur: ut
admirabilis meta:
morphosis uide:
atur.

Ex quo Threicius Rex syrias tenet
Ovas imperio, non animo eulit,
PALMAM illic apicem tollere, maximus
Excelsi pater æthevis:

Hinc coetum Aligevûm misit ab ædibus;

Hanc

Hanc ut diviperent: ne incola Bosphori,
Quem non religio, non pietas iuuat,
Campis insereret suis:

Fervent q; in celebres Iuliacos agros:
In queis palma fides est, et amoenitas:
Et gaudet genitrix frugis; et exigunt
Iucundos Charites dies.

Tunc dicto citius Caesaris in solo
Fulsevunt vividae palmae: et equestribus
Risevunt ducibus; quos fera concitat
Mens, certamina q; hostium.

His fulgentur auis editi ab inclytis,
Sueti conspicuum militiae decus
Asseve horribilis; cingere et utrague
Harum tempora frondibus.

Sed dum mente agitat facta potentium
Heroum, statuit Rex vigilans poli
Prostare utilius; Iuliacam unico
Si ornaret patriam bono.

Ipsas ergo iubet moenibus arduis

Munire; excubias et sibi ponere:
Ne illas quisque petat, tollere prorsus
E radice higonibus.

Tunc è stipitibus Tuvvis ahenea
Fit; quae non rabiem sentiat hostium.
Propugnacula fiunt vividantibus
Ramis, ex foliis coma:

Surgit dicta suo nomine clavior
Vrbs iis; quae orbe manent in tyrici, arduo
Aedes exuperans vertice; et urbibus
Duratura perennibus.

Haec ut visa vivis; insolitus stupor
Cepit quemque in eois regionibus
Degentem, in celebri Martesq; Iberia.
Quis mivacula neglegit?

Haec ut conspiceret; quisque procul tulit
Gressus: namq; novis condita moenibus
Insperata nitet tuvve, palatiis,
Vrbsq; aureis laquearibus.

Quae

Quæ Cœli posita a Principe, legibus
Tvini fulta Dei cernitur: alma ubi
Regnat spes, et amor, religio et sacra,
Tecta et sindone Charitas.

Huius Thrax potevit glandibus æreis
Cives eicere, et mœnia tollere?
Post conversa manus vinctaq; tergora
Captivis agmina ducere?

Vrbis, quæ a supervis poricar, incolæ
Fœcundo fœvis divitiis micant.
Hanc nec Mavs gladiis; nec mala sidervis
Vlla intempevies premit.

Spes est ergo vivis, rebus ut efflvat;
Quas tellus voseo continet in sinu.
Hanc Rex Cœlicolum condidit: hanc tegit:
Ac ipsi modo præsidet.

Ode xxiii.

Cum cometa bellum indicet;
PALMA tamen ab eiusdem
bellico timore tuta est
futura.

Comeda divus igneo avdet æthere:
Comasq; tollit, quà cubile coniugis
Aurora linquens lustrat orbem lumine.
Illic futura sæva bella nuntiat;
Vivûmq; clades, atq; fata Principum
Funesta, et urbium nefanda incendia.
Hinc Illyris recente rorat sanguine:
Cadaverumq; plena ubique flumina
Non amne tendunt consueto. Diruta
Videntur urbes; hostium quas agmina
Verterе, quæque monte compvimentium.
Quin testis Ister, ora quot strepentia
Trusere glandes plumbeas in mœnia:
Quæ structa propugnaculis sunt aveuis.
Tubâq; milites vocavûnt prælia,
Fevacta campis militari robore.
Adversa signa dumq; visa extendier,
Manare vivos uberesq; sanguine,
Exterus Ister cum vuente exercitu
Ad arma, museo operтum ab alveo tulit
Caput, evuento et amne Rhenus defluens.

Quæ ut uidit, inquit ore; quanta hæc funera
Cernuntur; urbes quà Vienna prospicit:
Tollitq; sceptra non gerenda Thracibus.
Non plura uoluit ante flumen gurgite;
Tuvvica magnum quod propellebat Pergama,
Dum concitato Marte Graiûm dextera
Pugnas inibant ob nefanda crimina
Phrygis potentis; ausus est qui coniugem
Auferre ui, ius hospitale neglegens.
Nusquam malorum finis est? nuvi urbium,
Quos cerno, diruti iacent clade asperâ:
Vivíq; fervo ad nigra pulsi Tartara.
Hæc dum locutus; uiercâ se aquâ abdidit.
Sed est tremore pressa nullo urbs, maximis
Altè resurgens septa terræ molibus
Iulæo in agro; singula auribus licet
Magno hauserit rumore, quæ tunc gesta sunt.
Cui nullum obest sidus (quod insit Cæsaris
Plagis) inhorret quo dolens Germania;
Ad Arcton et quæ spectat ora Pontica.
Quin PALLA meta constituta est Italæ
Terræ benigno conditæ a Ioue, omnibus
Fauentibus deis [illegible]

Iuvis suprema : quam nec Indus, nec Getes
Auferre sat potis. Dies hinc exigunt
Tutos, Foro qui in Julii sunt Cæsaris.
O sic nitescant arduis honoribus;
Poli qui ab alea clarentur avce Heroibus,
Regum potentum prole natis inclytâ.

Ode xxiv.

Cum dactyli, palmarum fructus
conducant hominum valetudi-
ni; fructus Juliacæ Palmæ
christianorum salutigeros
sunt; eosq; ab hostium
timore liberant.

Febris dira genus vivûm
Torrebat bibulo æstu; gravi anhelitu
Illosq; assidue premens
Pellebat stygium flumen ad horridum.
Arte autem medicâ inclyti,
Quîs concessit opem claram Epidaurius,
Læto ut palmite dactylos
Excepere, malum pectore desiit.
Et pallor cecidit; genis
Ipsorum teneris quem tulerat luas.

Mortis

Mortis tunc abiit timor;
Quæ præter solitum sollicitudine
Vexabat miserâ domos.
At quos Palma in agris Iuliacis alit,
Fructus, cuncti habeant: salus
Quêis est Hesperiæ, uel columen rei.
Hi Gentis prohibent fugam,
Perculsæ rabidis usque furoribus,
Et Thracum trepido metu:
Thracum; terribilis quêis animus riget:
Miscent dum fera prælia.
Sed uis præcipiti corruit impetu,
Expers consilii excita,
Testes Terrigenæ, nullius ingêni
Acri præditi acumine;
Montes aerios molibus arduis
Addentes, superâm patrem
Optavûnt nitido deiicere è polo.
Hi nunc in tenebris gemunt,
Celsis Inarimes rupibus obruti,
Experti iaculum Iouis.
Mente hoc uigue Ieui contigit: an caret
Is non iudicio, Ducis

Quicunque æthevii dogmata negligit?
Quare Thrax licet ivruens,
Attollat subitas exitii minas;
Est nulli dubium; ferox
Vt PALMAM teneat militis agmine.
Illic namq; fide excitis
Diuinâ, peragunt conspicuos dies.
Illic religio in sacris
Templis excolitur: Coelicolûm et parens
Fertur carmine ad æthera.
Quin illic acies mille equitum sedent.
Terrene nulla pericula,
Dum stat pro populo rerum opifex suo.
Illorum ô fera pectora;
Quòd tentare truci mente agitêê nefas:
Optent cum cruciis ardua
Signa auferre manu, perdere et ensibus.
Pro coeptis Sofyma iacet
Cn prauis; patrium et diuitiis solum
Tunc fulgens, at inops modo.
Eius sic animus provirit in scelus.
Sic qui Thraciâ in horrida
Frenatis in equis fronte rigente malâ,

Post

Post annos aliquot ferent
Clades, damna, metus, fataq; tristia.
PALM. fas evit omnia
Devastare in agris; atq; fvui bonis,
Jis sunt qua in regionibus.
Magna et christicolæ gaudia ceperint:
Ægro reddita fulsevit
Spirandiq; facultas bene dactylis.
Pro qua quaque hilaris domus
Cernetur: sacri et ornabitur ostium
Templi: et debita gratia
Æterno dabitur pro meritis Deo.

ode xxv

Columba Syrantii nutrita a Regè
Threicio mittitur cum linevis sub
alis sacri Pontificum Palmæ:
quibus ab eo petit, ut ut
hemilli tradat: contra
responsum datur ab
ipso Præside.

Quo nata amoeno est Cavia agro; dies
Cgitq; primos palmifero in specu;
A Rege Thracum celsa in aula
Alba cibo enituit columba;

Quà cernit urbis moenia Bosphorus
Regalis, urgetq; : ipse ubi detinet
Fasces superbos; et Tyrannus
Imperio dominatur tapto.

Cse docetq; Avcem tendere ad arduam;
Iulaa in ore quo modo ponitur:
Vinctas sub alis litteras ut
Militia daret imperanti,

Verbis notatas talibus. Inclyta
Proficete PALMÆ, quem sapientiâ
Dicunt nitere omnes; tuorum
Aufugere, et tua damna debes;

Ex quo Othomanum stat genus; asserit
Fatum, futurum latum aditum mihi
Claras ad aulas Iealavum:
Omnia meq; habituvum in illis.

Quare urbis Avcem, cui inuigilas, meo
Concede regno. Turmam equitum sinam
Ex urbe saluavi; nec ullos
Supplicio patiar perire.

Sin

Sin hoc negentur; uim Veneti trement
Hostram: manebunt fataq; te fera:
Mihi ex Eoo namq; scepterum
Fertur ad Hesperium cubile.

Cogamq; gentem, quæ uret ensibus:
Et ui potenti deiciet domos.
Quascunque moles luna spectat,
Horrificam subeunt ruinam.

Quin pulchriores ad Venetos agros
Gressus mouebo: quis feret impetum!
Strage oppriment quisque in urbe:
Et lacrymans sua damna cernet.

Sed tu, regentur cui imperio omnia,
Pones sub alta mente, quid utile:
Ad te trahatur ne, ad tuos q;
Pernicies, patriasq; ad aedes.

Hæc ille. Praetor dehinc folium dedit
Referre aui: quo per uacuum aëra
Tollit uolatum: quoq; uento
Fert citius per inane pennas.

Respondit istis talibus et notis,
PALMA securis iustitiæ tenens.

Frustra suades, quo tibi sunt
Pectore scripta malo, Tyranne.

Nam monstra Ponti alpes potius petent;
Et arce coeli sidera decident;
Quàm cuique eradam iura sceptri;
Dedecus et subeam rebellis.

Non sevit in alto quod Deus vthere:
Nec qui Dynastæ gentibus imperant.
Cæde es petendus quin vigente:
Et stygiis vepriemendus undis.

Quacunque profers, ceu stipulam leuem
Ventus per auras fert. Prohibet Deus,
Vexilla cuius vellis ode; ut
Juliaco dominetis orbi.

Non te perhorret terribilis leo;
Etsi potiris Threicio in solo,
Quod & est Eoo: a Thrace in hora
Cuncta breui volitant nefando;

Ceu pulvis, atro turbine concitus.
Demitte fixam mente superbiam;
Nec plura fare: os si resolues
In Venetos, Barathrum subibis.

Ode xxvi

Vibis uici ordine statuti
sunt : et uaria edifi-
cia condiuntur.

Signata aratro est, quo modo ponitur,
Vrbs : et cacumen tollit ad aethera :
Vici statuti sunt : placentq;
Ordine cuique oculo intuenti.

Surgunt domorum culmina ; qualia
Carthago uidit ; dum Tyrii omnibus
Neruis laborantes ferebant
Saxa humeris rigidis ab agro.

Merces tabernis explicat impiger
Mercator : illas uendit et incolis ;
Ora é remota quique gressus
Iuliacas retulere in urbes.

Instar Cyclopum fervum alii graue
Tractant : sonantq; incudibus effervi
Enses : parantur qui in Tyrannum
Threicium populosq; Coos.

Necnon ciborum curam alii gerunt :
Probeneq; mensas hospitibus ; truces
Qui post labores in cubili
Molle[illegible]unt placidam quietem.

Venale degunt iuxta alii fovum:
Quò quisque tendit pauper, et aduena;
Famem repellat lucro ut alter;
Alter emat, referatq; merces.

Ovum celebri è stemmate qui trahunt,
Degunt supernis in lavibus, procul
A plebe, uitæ experti honestæ,
Tecto humili senium q; agente.

Ædes eorum sunt laqueatibus,
Pictis figuris uersicolovibus:
Quæ sic refulgent ore; uiua
Luce diem ac si agerent in isea.

Quæ, militavis si refero agminis
Mecum domorum limina condita
Cernuntur ære insigniori;
Artificum vigili q; curâ.

Splendent, columnis ex adamantinis
Portæ; et cathenis, fusteq; ferreis:
Quas non Iberi, nec potentes
Frangere Pannonici valerent;

Magnus feravum nec domitor: licet
Quodcunque monstrum robore vicerit:

Non

Non si Gigantes hic redirent :
Quos Superi intremuere coelo .

Lœtatur acer Mars, Equitum uidens
Sedes metallis prærigidas ; domos
Clausasq; munitas aheneis ,
Culminibus sub inane uectis .

Quæ prælientis nec rabiem horreant
Venti ; nec atri fulminis impetum ;
Terræ nec horrendum tremorem ;
Quo quatitur domus orbe quoque .

Ad celsa ductas æra silentio
Turres relinquam ; in queis resonantia
Fulua ora pendent ; deuocanq;
Ad sacra quemque Dei fidelem .

O quàm beati, queis paternæ domus
Tendant ad auras : ora minas poli
Pellunt ab illis ; grandinemq; ,
Et Boream rugientem ab Arcto .

Si in his dedisset sors mihi degere ;
Doctæ Mineruæ tollerer alite :
Vatesq; amarem : fama eorum
Omnigenûm uolitat per ora .

Tunc essem Ibero Rege beatior :
Mutanda nec mî conditio uiris ;

His si paterent ex oris
Imperia Hesperias ad oras.

ode xxvii

Templum Diuæ Iustinæ PAS MÆ
dedicatur; a qua bona omnia
sperabit: Diuæq; ipsius
laudes attingit.

Verticem tollit per inane moles
Sacra Iustinæ; paviis columnis
Fulcraq; est: cuius vertitant eois
Limina gemmis.

Illa regali genere orta duxit
Non diem pompis patriis, iocisq;:
Nec uirûm ad se ostro decorata in urbe
Lumina uertit.

Nam boni æterni studiosa, luxum
Respuit patrum, tenui suetta
Victui: gaudens maciemq; tersit
Verbere corpus.

Victa sed diro est odio Tyranni,
Stantis in celso solio: fideles
Qui Dei, iussum uiolans, nefandâ

Mori

Morte premebat.

Virginem sœuis monitis suadens,
Vt suos diuos coleret, scelestâ
Vsque cogebat facie negaret
Ne vlla iubenti.

Non minis mentem potuit pudicam
Vertere, aut casu grauiore: quamuis
Nescia haud esset, capitis periclum
Vi subituram.

Obsequi postquam abnuit imperantis
Impie dictis, gladio ferocem
Huic tulit mortem: statuitq; uerba
Pondus habere.

Improbum ò russum, vigidam necemq;:
Virgo sed foelix; Superûm quòd aulâ e
Enitet: sinmis fruitur bonisq;
Omne per æuum.

Eius a cunctis colituq; numen:
Fluuium quo lux oculis refulsit:
Plinii, hac orbe in patrio ~~adempti~~ fatentes,
Fata uocabant.

Quiq; uix gressus poterant mouere;
Per uias illos retulere: magnis
Sæpe uisa est Cœlicolûm potestas
optima rebus.

Gratiâ ipsius, Veneti triumphum
Per decem ex annis habuere Thracum
Rege ab infido, ualidâq; classe
Æquore in alto;

Iauso Iustino data magna diua;
Quòd die illius populere ad ouum
Hostium densas acies; piisq;
Palma relata est.

Iure nunc ædes pia dedicatur
Ipsi: ubi molles adolent odores,
Præsules sacri: peragunt q; grates
Vsque Tonanti.

PALMA nam sperat bona cuncta ab ipsa;
Siue Mars hostes rigidos cieb'o
Orbe ab Eoo; Dea siue pacis
Otia ducet.

Limen

Limen hæc templi decorat corollis
Laureis, textis viridante myrto.
Arma defigit Venetumq; nota
Omnibus ovis.

(Inclytum quisnam Veneto Senatu
Est magis? cuius resonat celebris
Fama; quà sævit Boreas; et Auster
Fœvè niger imbres)

Antecq; illius simulacra ponit
Cereas tedas; radiant quo ad aras;
Et vomunt flammas: fideiq; signa
Maxima præbent.

Et rogat junctis manibus; redundet
Gratia. At Divus precibus movetur
Tum Deus cœlo: meritoq; cuique
Munera reddit.

Ode xxviii.

Qui PALMÆ operi præsident,
Agricolas hortentur; ut æquo
animo labores ferant: ne-
rioq; cum iis sermones
habeant.

Dum nauant operam uillici in aruis,
Nuris: et grauibus ponderibus gemunt;
Delecti ex uariis urbibus, impigri
Prefecti baculis dexterâ agrestibus
Circumsteant, referunt undique lumina,
Quà terram ualiclo tergore congerunt.
Hortaturq; suos quisque moram increpans,
Dum tardus, stolidam et spectat inertiam;
Vrbis ceu proceres militiæ duces.
Qui dum diza ineunt prælia, commonent,
Viuentem exhibeant, pectore milites
Pugnentq; unanimes: præmia et asserant
Victorum: quibus est nil speciosius.
Illi autem ut Tyrii; quos labor improbus
Cogebat, patriis adibus ad poli
Tollendis apicem, dant operam inclytæ
Structuræ domuum: cernereq; hos iuuat
Vectantes humeris maxima pondera
Nunc glebæ madidæ, nunc latevum: quibus
Ad cœlum it paries, celsaq; culmina
Tectorum: utq; tenent pectora molibus,
Et tractant rigidum os, plumbaq; dextevis,
Prefecti ore simul talia profevunt.

6

O uos, quêis premitur dextra ligonibus,
Vos ne pœniteat dura pati; et dies
Consumpsisse; canis dum fuit arbore;
Stringit seu glacie bruma perhorrida.
Quæ nunc tristitiam taedia promouent,
Mutabunt faciem; olim fore, ut omnia
Vertant se in melius: fatag' ~~fescennt~~ confluant.
Nam, qui signa dei protevit aurea,
Perpulchra Italiæ uult uiridaria
Vexare, exitio'q oppida uertere,
Princeps Ismarius: qui truculentior
Est ursis, rigidis esq leonibus.
Hæc propter Veneto qui imperio nitent,
Ex fustris aliquot mens stetit, arduam
Arcem ut conficerent; præsidium foret
Vt claræ Ausoniæ, ne exitium impio
Ferrent Christicolæ Threicio a duce:
Spes ne sit populis barbaricis, bonis
Gratis Hesperiæ perfui, et illius
Cœlo; non alio est quo orbe salubrius.
Istos, quàm miserum, si roseos agros
Vastarent; reseruat qui Patriæ decus,

Et dono Cerevis, suaue et olentibus
Hinc, illinc uiolis; poma quibus uident
Anno, qua maneant praterito; et noua
Expectant uetera: unà arbores enitent.
In qua prima cadunt; stantq; recentia
Et uere, atq; hyeme; dumq; canicula
In coeli medio uertice cernitur:
Cum nec bruma gelu, nec calor igneus
Æstu damna ferat: temperies ubi,
Estq; Orbis species magna, et amoenitas.
quàm spectare grauè, et quàm lacrymabile,
Rura, urbes, positas non procul urbibus;
Sed iunctas, lapides annulo ut aureo
Quos, adigi clade peraspera!
Et ciues, celebres qui ingêni acumine,
Et donis Charitum conspicuis, dies
Duxerunt, demeriti praemia Palladis,
Verti funeribus. Labi operam datae
Inceptis. Adsunt tempora; cum pedem
Vrbem in Bethlemiam deferet incola
PALMÆ acer; Solymae quà caput erexit,
Coeli Receptor ubi constitit: abnuet

Fatos

Falsos searu Deos, uerosq; dogmata
Aspernì. Eiiciet, cadesq; consecro,
Secta qui hæreticam diligit; atq; agit
Ætate in uitiis; dum putat, fore bona.
Stabunt in Syriis oppidis; et gerent
Inuicti Veneti sceptra potentia:
Cæsisq; Ismaiitis hostibus, erigent
Almasigna crucis. Sic stabuet Deus.

Ode xxix.

Varia Barbarorum adversum PALMAM armis aggressa sint, igne concremantur. Ioleo conquerentes, dum pereunt, munera proferunt.

Absint tristitiæ, ageòq; timor, Iuliacis uiris;
Hosti spes cecidit; cui fuerat, raderet ut nemo
Sacra, diues agris quos Regio continet optimis.
Turmæ Thraciæ, uanilogui Persiæ et incolæ,
Hunnìq; indomiti, quos agitat pessimaq; hyems,
Gressus contulerant, quà patulo fronde in aquore
PALMA; et uiticibus stelliferum tendit ad æthera;
Carpentes ueluti cum per ædes gramina uacuas
Hirâ ouis petunt, dura famés quos stimulat, lupi.
Armati ut gladiis appropiarant, se obiiciunt truces
Formæ, angues, uolucres terribiles, et rabidi canes

Quos non terror habet. Dum fugiunt illa pericula,
Dehinc maiora uident: haec subeunt forti animo: et mala,
Quae sors fauua monet, parua putant: illaq; negligunt.
Murorum in speciem sese tatuunt flammae agiles, nigros
Tollentes apices; quo prohibent tendere milites.
Contra, ii terri humeros, et faciem, atq; horribiles manus
Ferro, coniiciunt in medium corpora: laminis:
Aevisq; haec resonant: ire, fuit tanta cupiditas,
Quae fert PALMA caput. Sed penetrat dum calor igneus
Ossa, uritq; eadem, dant gemitus; pectoreq; intimo
Haec fundunt. Leuis est, consilii expersq; potentia
Nostra: heu morimur: supplicium pendimus ob scelus
Commissum: pietas, atq; fides quibus procul extitit.
A nobisq; dolis, in uitiisq; haeretica data est
Secta immerso opera: et sunt superum dogmata Principis
Neglecta. Eximur hae hominum. Pontificem piis
Qui non imperiis obsequitur, corpus aduritur:
Post morientq; anima orci coquitur terrifici ignibus.
O uos, qui celebrem uitam agitis, quique superstites
Estis, ne impietas sollicitet uestrum animum: feri
Lucheri capiat nec rabies; quae et docuit male:
Nec quae Vgo furiis ripereis edidit excitus.
Hi duxere in aeram nos foueam; pessima dogmata
Tradentes: miseri protrahimur tartara in impia,
Linquentes populo cuncta, sua vis edita in oculis.

Vera

Vera est illa fides, omnipotens quam docuit Deus:
Verusq; ille Deus, virgineo qui est utero editus:
Spinas quiq; tulit; qui subiit fataq; infausta.
Illos ingenii Rex Superûm priuat acumine,
Qui semper properant difficiles per scelerum uias,
Capti luminibus religionis, boni et inscii.
Haec ipsa ut referunt; ignis eos comprimit illico:
Et fari nequeunt, quo steterant mente recondita.
Flamma it per rigidas mille acies, milleq; pectora.
Arma edunt crepitus, et clypei guernei, et aeneae
Vestes, contulerant quaeq; ferum ad militiam. Soli
In lato spatio sunt cineres, ossa, cadauera,
Nondum exusta: quibus magnus adhuc, statq; rogo ex alto.
Omnes ore simul iussa Dei mente pia putant
Obseruãda; necem ne subeant; siue pericula;
Indus quae subiit; Thraxq; malus; barus et armiger.
Sic inuicta potens PALMA uiget: semper et inclyta
Florebit ducibus, militibusq;: et quibus est amor
Coelestis Sophiae; est et uetetum Palladis arbitrio.

ode xxx.

Crucem iuxta FORVM PALMAE Veneti
erexerunt: propterea hîc non-
nulla de cruce afferuntur.

Vexilla Impêri in urbibus
Reges constituunt, uim gẽbus exhibent;
Dum ius dant populis; crucem
Præfecti Adriaci insigne perennius
Crerere, fo̱rum propè
PALMÆ Iuliæa; quo modo ponitur.
Hac fausto auspicio omnia
Cedunt Christicolis, dum colitur: salus
Hac mundi stetit incolis.
Exacta illuuies omnis ubi soli est;
Celso ut uertice montium
Sedit cœrulea sospes ab aggere
Haui; sic hominum genus
Est fa̱tum vigida a Patre bellum cruce
Oveo sospes ab igneo.
Inolapsi erroꝛ Acta traxerat horridum
Omnes in Stygium lacum.
In quo mortifero stat sola̱ impioba;
quòd non pœnituit mali.
Indus, Persa, ibi, Thracio et incolæ
Lugebunt sua crimina;
Hos cum Rex Superûm trudet ad Inferos,
Vitæ ut curriculum ceciderit:

Illis

Illis et statuet supplicium, ignibus
Quorum uret sera pectora;
Almo signa crucis cum pede protegant;
Aris atq; eadem auferant.
Lætantes quoties hos stolus inferet
Sanctis Principibus poli;
Ignari, miseri quæ in mala ruunt;
Dum recti specie carent.
Sed, quos non tetigit pessima mens, miro,
Oraculo edita sic beant.
SALMÆ foribus non procul euehit
Crux sublimis ad æthera;
Illa ad se trahit quodque hominum genus;
Nî spernat speciem boni;
Ad se fert chalibem magnes ut asperum,
Euulsum rate ab area.
Eoos ideo, atq; occiduos uidet;
Quorum deuocat incolas,
Æquale in spatium brachia dirigens.
Et Thraci, atq; Getæ, et Scythæ
Ostendit fidei signa patentia;
Monte è Caluario ut fluit
Sanguis: quo procerum error patuit malus.
O crux sacra igitur, modo

Quæ PALMA inspicevis, sis populo unica

Spes, et uera salus : sue

Deprehensus si aliqua criminis, exegit

Panam : et paniteat pie,

Quæ commissa puet. Fulmen ea est potis

Tevris eiicere : omnibus

Hasq; impsere bonis, quæ polus obtinet.

Olim consuluit probe

Hæc genti misereæ : duxit et ad uiam

Hanc ipsam atheris arduæ.

In quo illi reseruant pocula nectaris

Cantantes Superûm chori.

Foelici auspicio conspicua ut cruces

PALMA urbs condituv inclyta;

Hæc sic barbariem gallat ab Rusonis

Ovis, Hostis et impetum;

Si quando properet perfidus Arcetis

A castris; necem ut inferat

Genti Juliacæ in patria, in urbibus

Hetrusis : ubi steat decus

Terræ tarum; eloquii et quod nitet incolis.

ode xxxi.

Hostium aduentum urbs Palma contemnit:
ideo christianis suauis est in ea pere-
manere. Hæc tribus sequentibus canit
ex puris Iambis.

Te templo in orbe quolibet sit urbs, graui
Timore, pressa degit, hostis aut manu
Tulit ruinam: aduseq; ignibus seuis,
Tremenda damna inhorruit quiritium
Suprema ciuitas; furore ut exciet
Coercuit potentiam acer Hannibal.
Et ipsa Troia diruta est cohortibus,
Necem pati uolentibus pernasperam;
Manu ut suâ iaceret arduum Ilium.
Tulit superba Cæsaris Gallia,
Iugum improbum, Scytha, Indus, asper Allobrox.
Sed alta ROMA quem perhorreat; licet
Eam Gigenna quis uelit recidere
Rigente; adire uerticem maximum!
Sed acriore quo premetur impetu,
Eò caput feret peruersum ad æthera;
Ibi en soli profunditas; ligonibus
Cohors laborat usque rustica: et uiuat
Vtrique si poli, haud eam metu premet.
Vivi petunt eo, urbium Principes;
Mouere ne queat pedem incola Ismari.
Cui serta texta liliis parant;
Parantq; diuûm imagines; ut ædibus
Resulgeant; piumq; pectus indicent.

Bona, et fidelis ergo quæque Gens Dei
Nouâ domos celebri in urbe construat.
Molestiis ut anxiis procul dies
Agat; pedem parent si in illam ab urbibus,
Plagisq; Thraciæ aduenæ impii, et truces.
Suaue ducitur manere in ædibus,
Ruentium hostium procul furoribus.
Videre quemlibet graue erit, et horridum,
Dies obire præliis in asperis.
Malum, fuitq; quàm ferum, sacri Ilii
Prios uidente Rege filios mori
Sub ense; sortem equis et Hectora arripi!
Si eâ die hæc fuissent Arx, Vlyssea
Cohors minus tulisset ampla munera,
Trophæa Troicisq; clara ab oppidis.
Quid amplius? Deus, micans in æthere,
Roganchus, Adriæ ut fruantur otio
Quieti in urbe Principes; quod affecrant
Bonum, et salutem in fatalo orbe stantibus.
Precorq; ego, iis ut omne cedat alite
Secundo; ut imperet Leo unguibus potens
Vbique, terra in omni, et alto in æquore:
Ferasq; uincat: et truci nece opprimat.

Iuppiter Tartareos proceres ad Inferos:
vnum odes repellit; unde exierunt eo
consilio; ut urbem PALMAM
ferro, et igne vexarent.

Eguis pervetea nox nigris poli decus
Tegebat; atq; somnus altus alites,
Pecus, viros q; habebat Arce in ardua;
Nouè quo in agro apertiore ponitur;
In atriis at ira conclita infevis
Deûm; fuitq; clamor editus male
Ab iis, superba bella coelo agentibus.
Ibi una ut immolarentur ordine; hanc tulit
Ab ore; qui sceptr supremus omnium
Stygis potentis incolis, necessitas
Iubet loqui, tacere quo malum puto.
In urbe conclita patente Iulii, in
Foro coruscat alea Crux Dei: minus
Ea esse ferenda; quâ fuêre protinus
Redempti enim; qui erant dicati ad hos lacus.
Feremus usque, stante eâ urbe tristia.
Petamus ergo eam arctis securibus,
Et igne, quo reposta limina oroleant,
Trabesq; quercea, atq; culmina adrium.
Hac ulla fit mora. Ore, ~~bauchio at~~ truces,
Habetur atra cauda, quêisq; cornua,
Ab orbe lurido pedem citum ferunt.

Simulq; dextris gerunt nigras faces,
Et arma; quêis queant quati alta moenia:
Velus Cohors uirûm domo uolentium
Jouem micante maximum repellere.
In horrida alpium tamen uorago
queruntur; haud satis fuit quod exegui.
Deûm patet uidens furentium minas,
In arce visit: ore tali edidit.
Putatis his quid assegui tumultibus?
Latet ne uos, mea quid a potentia
Tulistis; omne dum scelus coegerat?
Modo' an potestis hoc parare dedecus;
Meorum imagines, measq; sternere;
Et igne celsa tecta edaci aduorare,
Nouo Arcis arte elatione conditae?
Cito, imperante me, perhispida infera
Adite, quò coegi; et omne perpeti
Malum: quod Orco habetis usque in improbo.
Crucemq; pertimete, nomen et meum;
Rego qui in Orbe, lucido et quod est polo.
Moram abstulere, sicut alites citi
Petunt se ab alpe uallium in cubicula.
Malus relictus est oder, petentibus
Iis strepentis ima Tartari loca.

Surum

Suum dolent statum, nefanda eos mala
Quod egerint; quibus bono unico carent:
Queant uidere nec nitentia agmina,
Deum ante stantia, et fruentia, integrum
Quod est in aethere, absque permanens lue;
Sed igne stent, premente nigra corpora.
Monemur hinc, inane quisque deserat:
Libens uiamq; gloriæ ut petat; scelus
Graue et relinquat improbæ superbiæ;
Satan quâ ad atra flumina iuit; et modò
Câ ruunt uiri ad stygem. Superbiâ
Nocentius quid est! trahit quâ originem
Nefas, quod urbibus uidetur. At petens
Probum, atq; lene mens amatur a patre
Deorum. At is superbientium caput
Premit: repletq; tristibus doloribus.
Dies ut ergo cedat absque bellicis
Tumultibus; fruamur usque et otio
Bonorum in orbe; post et ista tempora
Peracta uitæ in ædibus poli arduis
Manente gaudio trahamur; et simul
Manu Angelorum egamus usque gratias
Deo, et Mariæ, et æthereis cohortibus;

Colamus optime quod est et optimum;
Imago nos premat nec ulla criminis.

Ode xxxiii.

Agricolæ e proximis locis
PALMAM adeunt; ut ea
uendant, quæ ad uitæ
necessaria sunt.

Ferentia inter agmina usque rustica
Grauem laborem, et arcis ligonibus
Agros prementia, aduehentia atq; onus
Rigente tergore; urbs ubi arte conditur,
Potente Marte, suauis Fovo inclyto;
Cibis onusta ab Aucibus Govitiæ;
In ampliore sæculo reconditis,
Vivûm Cohors uenit, repleta gaudio.
Videre amentium esse manum suauia,
Rubore sparsa, poma, et oua candida;
Bene atq; olentibus placentulas aquis,
Odoribusq; conditas, et anseres,
Suilla uiscera, atq; cutina pectora:
Babatur et quod aureâ pecuniâ;
Labore qui tenuntur usque maximo:

Agrumq;

Agrumq; saeculis colunt ahenеis.
Suaue quàm, uidere postea domum
Redi e lata agrestia agmina, aureis
Grauesq; coniugi manus ferentia, et
bomesticis: ab ore tale quae trahunt.
Redimus aduâ Auce uespere hoc; ea,
Fuere lata cistulis quae in omnibus,
Pecuniâ nitente sunt data incolis.
Ibi, oppidis procul qui ab Italis petem
Tulere, mille rustici laboribus
Vacant. Videntur alta moenia, et soli
Profundiras: gemitq; pondere norvido
Iuuenta, uiribus potens; et impotens
Senecta: quis queat relata credere?
Tabernae ubique mercium patent: foris
Et incolae manent frequentioribus:
Rei modò huicq; seruiunt, modò alteri:
biesq; pluribus terunt negociis.
Manus moratur in uiisq; militum,
Feroxq; pectore, et fevis bipennibus
Conusca: quas gerit, fremitq; dextevis.
bic ferentur alterâ reagula,
Rece te lacte pressa, pruinaq; aurea:

Nucesq; ficuum genusq; multiplex;
Virensq; vus quod exhibet feracius.
Simulq; nummulos feremus ad lares;
Quibus Ceres parabitur; calens liquor
Nouâq; Libeui perhaustus amphorâ.
Lacet nec, assore Arce copiam uiuûm,
Volantium anguis ab omnibus, Foro
Genus trahunt qui amoeniore Iulii,
Ementium, quod assoretur aduenis.
Ab improbis abeste uos molestiis.
Domum pedem mouebimus bono abite.
Fruemur otio almo: agemus et dies
Sine anxiis doloribus; necessitas / cupiditas
Cibi dum gebut incolas; iuuabat et
Famem repleze herbidis placentulis.
Larate, in uirente agro quod bonum est: ca
Babuntur aureis ementibus uiris.

Ode xxxiv.

Tibicinem, qui festis diebus Vti-
nea in Arce (ut est consuetudo) ma-
ne sonant; tvophoea sono
effecerunt; quos PALLAS ab
hostibus feces.

In

In Veini Auce, festa dum dies adest,
Tubæ strepunt, ut emicat polo aureum
Iubar; genusq; mane sol uidet uiru.
Replentq; cuncta grauiore murmure.
Simulq; luce maximo Deo sacra
Canunt, futura prælia urbis, in Foro
Patente Iulii nouâ arte conditæ;
Simul micante uocem ab æthere audiunt.
Tropheca PALMA tempore asseret breui
Ab hoste Thraciæ; qui adibit impetu
In Italos rigente Marte conciti.
Eum furentem ab Aucibus Govitiæ;
Parâvit igne quas edaci aduere;
Latus reuincta bellico ense; lanceas
Manuq; detinens equis frementibus
Feroce cæde comprimet; Styge ad nigramq;
Aget; periculisq; mortis eximet;
Qui amoena Cæsaris locabit Fouum incolent.
Repleta gaudioq; me tem ob omnia
Peracta sorte prosperâ, feret pedem;
Optima ubi ora, & pria manat; & Draxx
Oliuæ et Atti cum solum, atq; Palladæ:
Vbi omne floruit genus Sciantiæ.
Hercule[illegible] dives aq[illegible], et ener

Ruet ferox securibus; Bythynia
Vbi esse potens, uigensq; gente Thracia.
Per oppida ibit, et per urbium uias;
Agens triumphum; ubi unda Bosphori strepit:
Peteetq; Regia cubilia, et lares.
Superba Principumq; sceptra delere;
Quod auri ibi eniteat; quod auis et uigeat:
Fidelibus deiq; rapta cum nece.
Coruscа signa bellicis in oppidis;
Genusq; multiplex amicturum; malis
Et omnia arma militum a cohortibus.
Ea Auxem ad ardua, Forumq; Julii
Vehet; celebris alta Carna et Utini.
Et explicabit aedibus capacibus
Ministeр impiger, uiisq; publicis.
Optima tunc uidere quaeque fas erit.
Vetusq; mos redibit, et quiritium
Cuis habendi honorem in aeribus, decus
Quadrigâ et aureâ: sedens ubi inclytus
Per alta uictor ibat urbium fora.
Ad astra gressos feret poeta carmine
Suaui: ab ore fundet atq; talia.
Potens in omne uictor aeuum agat dies,
Ferox iente Marte qui tulit mala:
Rigensq; caede strauit Accolam Ismari;

Trophoea

Tropheea deferens; in urbe quae micant:
Suamq; patriam horridis timoribus
Redemit unus ense fero exercitus.
Honesta ita urgeat cupido quemlibet
Honoris: asserat parem atq; gloriam:
Bono fuit hic, et ille possit otio:
Et arcent Tyrannidis fera impetum.
Quid est potentius, quid et suauius;
Vacare quàm molestiis ab omnibus;
Perempto et hoste uiuere absque hostibus?

Ode XXXV.

Rei Gallicæ Imperatores PALMÆ
recensent milites: a quibus
praeclarissima geruntur.

Inclyta quas Regio omnis habet Venetûm, uiuæ caterua
In Arce PALMÆ militum morantur;
Hos dum Praefecti lustrant Equitum: atq; fit recensus
Fouis suprema condita urbis arte.
Quò spectare, uuum iuuenum, atq; senum impigræ cohortes:
Quibusq; coràm militaris esto res.
Acer adest Belli Ducem, galeâ nitens decorâ,
Cogitq; turmas marcias in unum.

Ipsas deinde docet, quonam modo adurgeant iniquos
Hostes, cuneâ comprimantq; cuneo.
Insidia fingit inire: in agro oppidum et in patente condit.
Virentibus lignis, repagulisq;
Firmatum duris, terra in tumulo arduo statuitur.
Tum circumeunt id lanceis, nouorumq;
Armorum genere urgentes aditum simul requirunt.
At cæteri stantes in aggere alto,
Contra, contendunt gladiis ualidè, arcea tutipsos;
Castrumq; seruent proruente ab hoste.
Horcantur q; subire Duces, modò eos retundere; uti
Cetfrondibus, quèis destituitur umbos.
Duvus utrasque acies labor opprimit; effluitq; sudor
E fronte; riui ut fontium scatebris.
Hæc uix acta: alium statuunt bellum modum gerendi.
In æquore amplo sæuiunt cateruæ.
Vnus contra alium tendit gladiis; paratis uterque
Minas, rigentem dexteramq; Marte.
Quiq; caput medium petit acrius ense, uicem ille
Abit: refert et lauream uirentem.
Tum tormenta sonant manuum per inane; sed globi absque
Vi, nec nocentes prorumpunt ab ære.
Turba oculis cernit; quæ non procul insidet theatro:
Stupetq; eorum brachia, atq; uires;

Creatæ

Qualia maximus Amphitryoniades habere; acri
Serpentem ut horrentem vidit ense.

Deinde equites vexilla ferunt vigilum inter agmen, almâ
Depicta Diui Marci imagine: illam
Vnanimes voce effigiem manibus ferunt celebrem
Coa ab ora usque Hesperi ad cubile.

Armigeri hanc Hoc̃ Thra(ce)x, scytha, saeuus atq; Iberus:
Iniusto eandem prouocanteq; Marte.

Haec dum perficiunt; ruit oceano peracta bigis
Nox: et polum atro detinent tenebrae.

Hinc disiunctae acies ad limina peruolant domorum,
Armis amictae pectus, atq; crura.

Dumq; domos properant, diffundunt pectore hoc ab imo.
Recensuit dux militum cohortes.

Torua quasi Marte vigente; tremẽdae ut incolae omnes
Byzantii; uis nota si Italorum:
Et scirent, pelago, et terrâ ut Venetus potens Senatus:
Quantum feroces subditiq; habentur.

Virtus tanta fuit; uix ut queat esse maior ulla:
Non si Gigantes lucem in hanc redirent.

Sunt commissa die hae insignia. Tempus est gurie:
Modo; emicant dum lucida astra coelo.

oda xxxvi.

Vexillum Diui Marci, quod ab aula
PALMÆ effertur, bella consecta
habet; in quibus Veneti se
egregie gesserunt.

Insigne in aulæ postibus æreis
Vrbis, secundo quæ modo ponitur
Æstu, refulget: quod figuras
Mille refert, Venetúmq; bella,

Illata in hostes Hesperiæ, ferox
Atq; in Tyrannos Threicii maris:
Subtegmine instructúmq; rubro
Grande tenet speciman Senatus:

Spectare in illo est magnanimos uiros;
Centum qui ab annis robore classico
Seruere Turcarum apparatus;
Et scythicas domuere gentes.

Cum militariq; agmine Principum
Totius orbis solo animo, et fide
Coniuncti abegerunt Tyrannos,
Vrbibus exitium minantes;

Non abnegandum ni obsequium darent.
Tum Bœtis et Sidon Tripolis, Tyros
Traxit timorem: quasq; flauo
Conuuleus rigat amne Orontes.

Nestlo.

Bellipotentum Aegyptia tunc ducum
Foecunda tellus contremuit; Pharos
Et turre Ptolemaea, et altis
Molibus inspicienda Memphis.

Muri ruinam tunc Babylonii
Sensere; quondam ceu Solyme ruit,
Regnata crudeli Tyranno
Pressa iugo miseranda duro.

Haec pectus almis concita legibus
Seruis Iesu sceptra nitentia
Concessit: et praecepta linguens
Falsa animum pietate fulsit.

Immersa nigris quae stygiis aquis,
Portum salutis nectaq; ad arduum,
Tassi a Camoena laude fertur,
Nouidum decus obtinentis.

Qui sacra uincens tempora laureis
Edit sonoros in Latio modos;
Vrbes Eoas infideli
Siue iugo celebrat solutas;

Gressus reflecteens siue per inuias
Syluas, suaui murmure deuocat
Faunos bicornes antro opaco;
Carminibus Satyrosq; mulcet.

Hinc et uidere est lumine, quae Foro
Confecta bella in Iuliaco. Probat

Res ipsa gratam nunc quietem;
Incola quâ fruitur beatâ;

Et gesta duros in Ligures, Aquis
Hos iuâ abacteos cernere erat uehi
Bivos furores et trirem
In Venetos pelago excitare.

Parte alterâ rostrata Ciconia
Cornu renidet: dum bipatentibus
Aulis quiescens sancit aequum,
Cuique ferens Veneto orbe pacem.

Quis non beatum saeculum agit, DUCE
PASCHALE, sanctis moribus optimo,
Factisq; claro, Rege dignis?
Mente pium hunc uenerantur omnes.

Haec aere mirâ singula dum nitent
Expressa; quis non ore fatebitur,
Iura, instituta hic contineri,
Aeq; decus Veneti Senatus?

Ode XXXVII

Mens Foroiulienses Oppidorum Domi-
nos, qui in Vrbeam aulam conuene-
runt, uti solent, de seriis actum,
hortatur; ut odes Palmas
concinant.

Venæâ in aulâ Tuvvis aheneo
Mavs mane summo postibus ardius
Vivos ciebat bucciná, urbes
Qui in celebri ditione curant;

Et quos sacrati Iuliaci Fori
Auxere Præfecti Herulis: ubi
Ayces dedevunt, ut perenni has
Imperio unanimes tenerent.

Nullâ caterruatim accelerant morâ;
Quos magna uivtus condecorat: dedit
Seu stare cultis in uiretis
Pieridum, et domibus Minervæ;

Rotare ferrum seu celeri manu;
Et præsidentem pluribus oppidis,
Fortes cohortes; inó, campis
Ferre pedes faciles ad hostem.

Et præsidentem pluribus oppidis,
Vni hunc uidere; at quoslibet inclytâ
Fulgere maiestate; dulcis
Dum patriæ inuigilant saluti;

Hæc esse priscis degeneres auis;
Sed nomen augere egregium: hinc, patres

Quem comparauerunt. Posterorum
Ad titulos referunt honorem.

Manvs sedentes vidit ut avmrger;
Jura, instituta, et robora pectoris
Miratus est, stupore raptus
Grande ducum decus exhibentium:

In se recadens mentes talia
Alto profudit pectore. Julia
Telluris o quos magna tangit
Gloria, Semideûm propago,

Et arduum prastare necessitas
Impellit, urbs (cum sit columen rei
Orbis exempli) derelicta;
Et domibus viduata languet.

Ni uos pareti calsa palatia;
Tollatis Arces astrag ad igneas;
Splendore uestro et ni augeatur;
Pene Italûm peritura spes est.

Rex Thracia agmen comparat impigrum

PALMÆ

PALMÆ uenustæ destruat ut nouos
Muros, aratris æquet, omne
Euoterat Hesperiæ robur.

Vos, quandò adestis ui ualidâ, atq; opum
Cuncti potentes, condite marmore
Ædes superbo; ne frequenti
Urbs careat populo, atq; tecto.

Armate duro fortia pectora
Ferro; rigenti spiculà cuspide
Profixa tractate; insolentes,
Cum dabitur, iacerent ut hostes.

His constitutis præsidiis, fœnus
Non qui æstuantis littora bosphori
Implet caninis portuosa,
Iuliacos populabit agros.

Vobis Senatus præmia maximus
Terra, et mari proferens Venetus dabit;
Facetis eunt quæ digna tantis;
Corde feret genus atq; æuorum.

Sic sacra cedent omnia: Ciuitas
Ducet profusa dò gaudia pectore.
Ponet atrox nim Tyrannus;

Et tumidam cohibebit iram.

Ode xxxviii.

Venetorum potentiam antefert
uiribus antiquorum: propterea
eos commendat: et ipsorum
celeritatem in PALMA ur-
be condenda admi-
ratur.

Moles, quas stupuit Pharos,
Ægypti posito Principibus, decus
Musæ sunt meritæ: nouam
Vrbem Iuliacis in regionibus,
Quæ uerum specimen refert,
Vates carminibus nunc magè uiuidis
Attollunt, polo et inserunt.
Nam cincta est ualidis moenibus, aeuibus
Duratura perennius.
Reges Assyrios hinc superemineut
Virtute Adriaci Duces.
Bis centum iis posito annis Ephesi fuit
Ædes postibus ereis;

Fulget

Fulget PALMA tribus condita : candido
Quo templo est operosior.
Hi praestare queunt maxima, gentibus
Claro Marte potentibus.
Creta terribiles fertilis incolas,
Magnasq; Illyrias, uelut
Alcides, rigidis pectoribus fori,
Bellum ut Terrigenas gerunt,
Vel cum Threicijs agminibus; necem
Sauisq; hostibus inferunt.
Sed non inijciunt ij tenebras riuis,
In pulchra Hesperia editis;
Sub sceptro Venetûm qui peragunt dies.
Quanam Vicetia genus
Laude, et Tarusij, et Iulia clûm foram?
Et quod Brixia continet,
Vim cluui retinens pectoris igneam?
Hos pugna, et litui iuuant,
Armorumq; nitor: gubsq; ? quitum excitant
Cultus Martia ualentium.
Quid? tot sunt populi, quos uolucres [illegible]

Picta per liquidum aëra,
Doctrinâ celebres, atq; fide integri.
Et res publica pluribus,
Et priuata opibus, ciuibus et micat.
Quid mirum; leo si ferox
In terra, maris undisq; potentiam
Præsevit, sceptraq; regia?
Evgo PALMA breui tempore condita est:
Quam ui non capiet scytha,
Hec Bacus, gelidaq; incola Thracia.
Totus si ruat impetu
Orbis, pernicieim non trahet, euita
Muris, culmineq; aclium.
Magno illic posita a Principe considunt
Robusta agmina militum;
Qui fulua ore vigent, ingenio et ualent.
Et uires Italûm exhibent.
Hi se ferre queunt; quà caput effernt
Byranti alta palatia;
Et tristis Solymus; quo dolet, optima
quòd

Quòd Christi vigeat fides.

Quin ponent Venetos in solio aureo;
In quo Threicius ferox,
Persarumq; truci Rex animo imperat:
Aretonèq; ad rigidam niue,
Et canevum Lybicum protinus euchent
Illos; trans Abylam manu
Vt signa Imperii constituant. Ford
Hoc, nemo dubie ut putet;
Dux suuâ omnipotens intonuit poli.

Ode xxix.

Vbis eiusdam incolas hortatur,
ut cum posta PALMAM secon:
ferat: ubi quies, et pax
degit.

Quis mentem suoq; occupat!
Hùc, illùcq; trahor, turbine ut excitus
Puluis: me dolor opprimit:
Cui nullis statuam temporibus modum.
Libertatis, et otii
Quem non egit amor, Patriæ et utile!

Illam ad pernicieem heu tulit,
Quem pauit gremio; et dulci aluit sinu.
Illam is perdidit impie;
Patrem cuius adhuc detinuit domi: et
Cui uictum in senio dedit.
Est quod sauitia: at quid miserum magis?
Quo me cunque ferent pedes,
Mens est, iue: celer Sequana quà fluit,
Praeceps quàq; Borysthenes.
Quò nec proditor hic me petat: ensibus
Claros qui vapuit uiros;
Diro astro genitus, nec genere optimo:
Vi pulsusq; Vtica é foro:
Fraudis plenus ubi iura clientium
Vertebat scelere impudens.
PALMA autem uabicis moenibus auersa,
Et portis hesperiis,
Quo tecta arce rigent, Iuliaco in Foro
Strasoldum prope tollitur.
Illuc me referam, condam et in otio
Musarum, procul anxiis
Curis: sollicitum quem uigiles tenent.
Illic et Lalagen meam; Cuius

Cuius me eloquium, me et species capit;
Gratis uersibus inseram.
Vatem Phoebus amat, sollicitudines
Quem non exagitant curae;
Sed, qui florigero gramine considens,
Plectro tangit eburneo,
Quocunque celebrauit uiribus ingêni.
Hîc mecum resonat pedem;
Quêis est insolitum hoc fere iugum graue.
Auro non bene uenditur
Libertas, nitidis quae pretiosior
Gemmis; quas legit India.
Illuc diua redit, quae fugiens neces
Quondam coeli adiit domos;
Postquam Dux Venetus Iustitiae gerit
Fasces, stans solio aureo.
Haec praestare aliquod, fert, scelus improbum.
Sed pacem parat incolis.
Quâ nil splendidius, nilue salubrius.
Pax alto euolat aethere,
Summo Coelicolûm progenita a patre.
Haec est Aligerûm soror;
Concedens homini mille bonis frui.

Vites alligat arbori :
Hac cæco veniæ multa ad obeuntia.
Hæc urbis beat incolas
Bonis : et cumulat diuitiis eos ;
Has fundens gremio omnibus.
O ciues igitur, me duce, et auspice,
Cum re, cum penatibus
Diis auferte moram : quæque erit optima,
Sors quærenda : periculis,
Et mœrore procul degere fas erit.
Spes ponenda Principe
Cœli, qui colitur cœtu hominum urbibus.
Hunc orco proceres tremunt.
Absque illo peragunt quod sophiâ inclyti,
Nil est, et sine viribus.
Sic nobis dabitur, quicquid habent boni,
Qui in terris agitant dies.
Vita ut functi erimus, cœnere erit, polo
Quicquid purius enitet.
Quo quid nobilius, quid ue beatius?

Ode xxxx.

PALLAS hortatur, ut nonnullos urbis incolas accipiat; nonnullos autem reiiciat.

Vrbs PALMa, magnis condita machinis,
Vrbs, Marte clauis militibus potens,
Salue una; quando propugnantium
Pro patria es columen uirorum.

En, ut procerum mentibus excidit,
Quidam paranûne publica commoda
Tuentere, et recte instituta:
Quodq; fuit boni in urbe iuris.

Falsi ii probarênt participes doli
In posterorum perniciem male
Decreta faced: ii proditorum
Perpetuum subiere nomen.

At singulari cerne alios fide,
Natorum amantes utile, et integrum
Seruare conantes, periçla
Vnanimes adiisse uitæ.

Æquum colentes in gremio foue:
Illosq; claustris serua adamantinis.
Tutari honestum est, conuentis
Qui patriæ inuigilant saluti.

Qui sunt rebelles, araq; publica
Centum hinc ab annis uexaq; et dira
Magno a Senatu qui abstulerunt;

Nam quicquid arcis erat, quid tibi in aedibus
Fevis; valeret sumpsere: et (scelus
Eheu nefandum) tradere hosti;
Vicem iugo ut premerere iniquo.
Ave ergo nuper consule condito
Divis secundis: consilium fuae
Aeq; improborum: iniius adactos
Exilio, decoraq; cives.

meum
Alc

Ad Ill.mum et Rev.mum Franciscum Barbarum Patriarcham Aquiliensem Oratio, habita Nonis Maii M.D.LXXXIX.

Iam diu animo agitanti, qua mihi veterum historia de priscorum generis sacerdotiis, in magna veneratione habitis, in memoriam revocant; sive Salii Gradivo saltabantur; sive Flamines, et Fetiales suis insignibus velati ibant; et publica, privataq; sacra Pontificum, scitis subiecta erant; non ab intimo mentis sensu, venerandi Patres; et vos, qui me audiendi gratia huc accessistis, humanissimi Auditores, observantia excidit; qua purum, non fucatum, verum, non falsum, ac colorem complectimur: assidueq; in eo de hac erat cultus incomparabilis; quem Sacris Antistitibus, ad pietatem, et ad Christi nomen colendum suum studium conferentibus, omni tempore prestamus. Illi profecto, quod mihi antiquissimumducendum est, officio deesse, et nefarium quodlam scelus perpetrare existimarem; nisi FRANCISCO BARBARO, amplissimi Sacerdotii honorem adepto; in ordinemq; sanctissimorum Aquiliensium Patrum ascripto, omni obsequii genere me obstrictissimum esse ostenderem: eamq; laudem nisi tribuerem; qua sanctæ Romanæ Ecclesiæ titulo cohonestatis Præsulibus impertiri solet. In eo enim loco positum, ac dignitatis gradu locatum video; ut inter omnes sanctæ sedis Antistites; excepto uno, qui totius orbis terræ, et christiani gregis tutelam, regimen, et procurationem habet, Pontifice, primas defera. Si itaque aliis posteriores obtinentibus multum tribuimus; eosdemq; omni laude cumulamus; non ab re existimo iis, qui nemini secundi sunt; sed in omni dignitate unumquemque antecellentibus, præconium deferre; tantamq; laudem tribuere; ut si aliquam etiam ex aliorum encomiis exhausevimus, non pessime actum existimemus. Sed cum vivus in hoc Aquiliense Principe, et hæc, quam sustinet, dignitas, altissimum locum tenedat, multis ornamentis, ac

splendoribus omnium animorum aciem perstringens, quo dicendi tanta uis, ac copia esse potest, quo, non dicam sigillatim recensere, sed attingere illius praeclarissima gesta possit. Non ignarus autem sum, aliquem in scribendo grauem, et omni genere perpolitum requiri; qui uo bonum elegantia, et sententiarum acumine tanti seruiri praeclarato rem, ac buccinatorem praebeat. Ego autem etsi in scrupulosis, ac difficillimis loci angustiis uersor, et in dicendi materia multis obstricta difficultatibus, ut exitum difficilius, quam principium orationis inueniam; tamen cum magno studio, obligationisq; uinculo tanto Antistiti me obstrictum perspiciam; pro quo si capitis periculum negligam; [illegible] paruam partem eius meritorum uix consequar; omne mihi obstatum impedimentum tollere, et, quo excitor, intimum mei sensum, uoluntatemq; declarare, arbitratus sum. Sed animum iam demissum, timoreq; oppressum, eximiaq; humanitas religiosorum uirorum hic consedentium, benignitasq; erigit: qui Christo, et christianae fidei uehementer addicti aures erigere, et aliquem de morum sanctitate, et pietatis studio dicentem libentissime attendere solent. Tantum ideo abest, ut mihi uultus color immutetur, et oratio, et mens excidat; ut silentium, quod in unaquaque subselliorum parte factum uideo (cum omnes obmutuisse uideantur) uires, et fulgoris quandam speciem, ipsum meum aspergentis, mihi, clarissimorum ducum facinora recensenti, allatum sit. Non praeter summi Dei prouidentiam, totiusq; orbis optimatum consensum decretum fuit a sanctis christianae Reipublicae Patribus, ut, qui insignioribus sacerdotiis praediti, maioribusq; ecclesiis praefecti essent, certis, ac statutis temporibus ad Episcoporum Principem, Petri uices gerentem, se conferrent; ut de administratione gregis sibi commissi pastori omnium maximo aliquid [illegible] ueri declararent: foelixq; illius maiestatis, sanctitate excelso, signum, et benedictionem reportarent. Propterea ne te factum, consuetumq; fuisse, ab hoc Antistite existimandum est; qui debitam obedientiam praestans, illa sacra Apostolorum limina Petri, et Pauli cum inuisevit, in ueterum institutis persistens, a pristina consuetudine non recessevit. Nam secum prudenti animo agitat, quid sua munus

postu-

postularent; nec eorum minus, qui ante hanc diem huiusmodi onus sustinuerunt; quod is honorificentissime subiit; superioribus mensibus Romam profectus est. Qua Civitate, praclarissimis antiquorum monumentis commendata, summi Pontificatus sede, sine preterita domicilio usus fuit. Vbi purpureati Patres, et catholica Ecclesia patrocinatores uitam agunt; cum illis sacrorum titulorum, et dignitatum insignia conferantur, tanquam in patrio foecundiore solo; quod ipsis bona plurima, et innumerabiles penè uiuendi commoditates elargitur. Ibi Sixtum V. Ponti, cem maximum, qui eundem ad hos honoris gradus euexit, inuisens, qua ueneratione debuit, est prosecutus: cum eam pridem illius sanctissimos pedes deosculatus fuerit. Cuius quidem gratiam omnes demereri solent, si pietatem redolentes se laudandarum artium studiis addixerint: cum plenis integritate, et innocentia uiris faueat, ac provocinetur: illisq; necessariis in rebus operam diuturnam, aeuitati prastantibus auxiliatur; non permittens, ne sui studii, et liberalitatis inanes, ac sine ullo cuius opulenti Sacerdotii compensatione in patriam reuertantur. Hunc uero, quem oratione complectar, sic diligit, ut in magna benevolentia illius amor, quasi igne ardentior, foetus esse uideatur: et maiorum suorum uirtute, et suis ornamentis, ac laudibus amplissimum; in eo uero nobilitatis, et honorum seges undique collecta floret; in suam fidem recepit; et suo patrocinio tegit, ac tuetur: honoribus, ac praemiis ornauit, et hac dignitate auxit; cuius incremento, et amplificatione in maximo loco positus est. Nec in terris alicuius huiusmodi ornamentis hominem ornare potest, quam qui clauum imperii tenet; et christiani generis tutelam, et procurationem habet. Nobis etiam quodam innocentia, et ingenuitatis semina innata fouet: datq; illos puritatis igniculos, quos nullis malis moribus, ...o-luntatibusq; depravatis restingui permittit; cum ad beatam uitam nos, coelestibus thesauris cumulans, perducat. Cuius generis beatitudinem, cupiditatum malarum expertes ...totos dies, ac noctes in rerum diuinarum contemplatione posuerint, Gregorius, Ambrosius, Chrysostomus acquisiuerunt, nullo modo commendam: cum alia sit haec, quam quae uidentibus apta fortuna in pelago sorte mercatores, diuitiis circumfluentes, ad perniciem trahit: qui, cum non parum, sed maximo metu corripiantur, nec laudabilem, nec securitate munitam, uitam traducunt. Illos autem sanctitati addictos, quo pii, sanctiq; fecerunt, errare, ac peregrinari non permiserunt: siue fortunas suas pauperibus erogarunt; qui quò plurimis profuerunt, eò magis de-

um ad bene faciendum adiutorem habuerunt; siue appetitus, et corporis illecebras ieiuniis abstulerunt; siue precationibus rerum omnium Opifici adhaerunt: illumq; lacrymis assiduis mollierunt. Propterea corpus, veluti peccati fomitem, neglexerunt; illiusq; cupiditates fraenando, et coercendo diuinam gratiam demeruerunt; animum perpetuo literarum ornamento excolentes; non quali poeta, et vrato; rei ornauerunt: ubi plerunque cincinnis, fucoq; se tradunt, et aliis inanibus, temporis puncto, rictuq; oculi deficientibus. Nam, cum mens, quod sen ui patens, omnino respuat, tantummodo in iis quiescit, quae sublimia sunt, et coelestibus domiciliis digna, velut acies stimuli, ad diuinam magnitudinem mortales impellentia: qui, cum rationis minime expertes sint, ne nulla magis se Deo conformant, quam rerum scientia; contra autem, ignoratione, inscia hominum multitudo: qui tantum forma, non autem animi dotibus, veterum sapientium sunt similimi. Hanc autem scientiam in religiosis, sanctisq; viris reperiri, consentaneum est, docendi, admonendiq; partes suscipientibus: nec ignorantia ad generis humani salutem abuti debent. Cuius insciae tantam iacturam, et detrimentum, eorum, de Ar tes, ut domestici tui, qui aetate antecesserunt, anteuerterent; quae ex media philosophia retusa, et abdita sunt, non primoribus labris attingere existimarunt; sed maximarum rerum contemplatione ad doctrinae magnitudinem duci voluerunt. Hinc cum veteribus iure merito conferri possunt, de liberis bene meritis, Pythagoras Platone, Democrito, propter discendi cupiditatem ad ultimas Orbis oras profectis; praesertimq; cum Archimede, tanto studiorum desiderio tracto, et in puluere quodam tanta cum attentione scribente; ut e patriam oppugnatam senserit. In sacrosaneta autem Ecclesia omnem suam cogitationem eligentes, in eam tot beneficia contulerunt; ubertatum magnitudine eam plurimum auxerint. Quae si oratione complecti, et numero recensere velim; tantam in me ingenii uberitatem existere, tantamq; dicendi copiam non putarem: cui iuris tanquam custodes, rectiq; diuino secretores inuigilarint: suam operam tribuerunt; quotidieque a nocturno somno, et a diurna quiete reuocarunt. Nec enim rerum iucundissimarum varietate, ubi nulla voluptatum illecebra apud ipsos reperta sunt, capi potuerunt: cum non in rosa, nec in otio, sed in sola uirtute consenuerint: quae non procul dubio iungitur, sed no-

bisce manet, decus pulchrius nis antecellens, cui illa ingravescentibus ætate corruat; ne filia cœli a signa aspernate. Et cum conferatur ro, ipsum nitore præstat; et divitiis, fortunæ eo subiacentibus, est ditior: illa enim ei eripi potest, hanc auferendi, spes nemini relinquitur. Provinciis locis, ac provinciis, quibus ingui, ac splendori fuerunt, Forojulienſi Regioni benefacere cœpit: tanta gratia quo semper nituit, a quo die nostris Dei fides, et salus illuxit; ut, cum gentium falsarum superstitiones extinctæ, et abolitæ fuerunt, in Dei ipsius cultum mirabiliter incesserit. Cui insita, atq; innata religio existimatur; cum statim a Christi nomen eximium charitatis studium prose tulerit: in quam inducta, et illata postea ita radices egit; et multorum Martyrum spiritus, et præsertim Hermagoræ, et Fortunati prædicatione propagari cœpit; ut nullo tempore in illa hæreses exortæ fuerint: cum non pungua Christo, et Christiano fideiq; adversi constituti sint; quin eo patrocinio, et concione in bene vivendi via populos tenuerint: et eruditorum curæ adhibuerunt. Et nullos ardentiores, in quos rerum omnium creator Deus magnifica dignitatum ornamenta congesserit; quos, post hoc Sacerdotii Aquileiensis culmen exortum, quam Beatorum familiæ, cœlum nos: quorum merita si spectentur, clarissima sunt. Isti, uti Duces, quorum memoria antiquitas, in gymnicis ludis a spectatoribus, priusquam victoriæ coronas referrent, magno cum plausu excepti sunt; cœlestia divina antequam alicuius administrationis onus, provinciæ amq; subirent, singulare decus laudis degustarunt: nescio quid enim rarum de ipsorum magnificentia, et virtute, et fama virorum nomen affabat. Sed tanta fama de moribus, et de doctrina Hermagoræ sparsa est; tantaq; gentium opinio permanavit; ut ipsa vocis publica non mortalis esse, sed bivorum immortalium existimata fuerint; nec temere nasci, nec temere cadere nescientes. Is enim, humanæ naturæ limina excedens, in veterum virtutum studio floruit; ut civibus suis virorum sibi, admirationem ac virtutis genti pene universæ injecerit. Cujus quidem ad spem immortalitatis jam rapti fama ita percrebuit; ut universum terrarum orbem pervaserit, hunc q; cum sui nominis gloria implauerit, ut aures quoque summi Pontificis pervenerit; eumdem propter eximias virtutes ita diligentis, ut christianæ charitate in filiorum loco duxerit: et dignitatis incrementa, et

amplificatione dignissimum iudicaverit; ut Aquiliensis Ecclesiæ gubernaculum ipsi traderet: non nesciens, optime natum, institutumq; fuisse; ad illa se studia contulisse; quæ adolescentiæ alimento, senectuti delectationi, prosperis rebus ornamento, adversisq; perfugio, ac consolationi sunt. Ad philosophiam animum appulerit; et artium matrem; ad moderandos eruditentem; ab animo, oculisq; illorum caliginem depellentem; omnia supera, ac infera indagantem; ac prospicientem; præsertimq; ad omnium maximam, præstantissimamq; doctrinam; quam non Plotino, neq; Peripateticorum principi, sed omnium sapientissimo, ac creatori Deo, acceptam referimus - qui magnam cogitationem, atq; curam in rebus cœlestibus posuit: tantumq; hisce studiis reliquit; quantum ab alijs curis, et eloquentiæ luminibus vacarit. qui oratorum, et poetarum lectione ita raptus est; ut multa in utroque scribendi genere ediderit: qui antiquiora ex annalium memoria, et ex factis eruerit, et lucubris mandaverit: qui in re medica magnos, ac incredibiles progressus fecerit: qui denique omnium naturalium, ac diuinarum rerum sic causas aperuit; ut illius ætatis viri in unius Hermolai amorem, et observantiam pellicerentur. Dolendum uero fuit; cur mors tam illustribus inceptis, et operationibus aduersaria, illum occasse florentem è medio eripuerit: nec concesserit, ut eiusdem sapientiæ fructum perciperent; quo multò quidem antea exoptato eiusdem curæ, et ditioni subiecti perfrui quadam cum aviditate capiebant. Licet uero per temporis aliquod spatium desiderio illius unusquisque contabuerit; non passa tamen est hæc domus, uera Heroum propago, ut in diuturni luctus acerbitate consideretur. Sed tot clarissimarum rerum omnium dotem, aut imitatorem potius habere concessit: quem dioecesi Aquiliensi præfectum in oculis Venetia tulerunt: cum Respublica magnum ab illo decus, ac ornamentum referret. Nam et Danielis Barbari nomen non propinquarum regionum angulis occultatur; sed ad remotissimas delatum sermonibus omnium extollitur: quo nemo, in scientiæ asylum ingressus, fructus uberiores retulit. Si Rhuto-

rum

rum se disciplinæ addixit; Isocrates suæ tate æquauit; si Thelo ovum ... næ operam nauauit; diuus Thomas ingenii subtilitate uicit. qui poeticæ laudem adeptus est: et in oratoria facultate principatum in sua republica obtinuit. Ad philosophiæ uerò sic mentem appulit; ut illam ad ... zam, solidamq; uirtutem euans ... rens, se in sacris literis abdiderit: a qui: bus, cœlum adeundi, uiam edidicit: per quam plures, qui se Deo deuouerunt, mundi uanitatem ludibrio habeni s, perere ... In quorum uestigia pedes ponens, et bene acta uita amore incensus, se pietati studio tradidit: et Dauidis psalmos explanauit. quorum concentibus plurimum illectus est: et, dum eximio labore imitatur, cœlestem cantum appetens, præmium ex suis uigiliis adeptus est: mortalium enim curis nuntium remittens, animam Deo reddidit. Quem in cœlesti domicilio sedere, credendum est: unaq; cum puris animorum coetibus in triumphum agi: illaq; harmonia allici; quo nullam satietatem pariat. Si enim uiri ita uixerunt, ab omni culpa, et dedecoris abhorrentes, bonis operibus mancipati, satis uixerunt: illisq; mortem precari licet; ut ea primum laborum suorum fructus consequantur. Domi autem sui similes; uirtutis splendores tato res reliquit. Et cum non minus diuitiarum, et potentiæ, quam eruditionis, et scientiæ a summis uiris hæredes instituantur, FRANCISCVS BARBARVS in hunc laudandorum posterorum numerum referendus est: qui tantarum uirtutum successum esse uoluit. In quo si paululum mente immoror; illum esse uideo; qui non solum in præmoueri locum esse suffectus; sed uirtutis, et splendoris ipsius hæres factus est. quibus fulgorem emittere, quis tam pius deus, ut nesciat?: quis natura tam pertinaci; ut iure optimo inficiari possit? Cretus hominum sermo percrebuit; exteras q; orbis oras euagatus nuntiauit; mox Aquileiæ Præsectum, et Patriarchæ in ista diœcesi adiutorem, a Sixto quinto Pontifice maximo cum optimo Cardinalium iudicio, et communi Veneti senatus consensu creatum fuisse. Quo nuntio audito, inc edibile est; quam o populi gaudio incesserint: illius primum familiæ gratulati sunt; cui tantam dignitatem iure merito contigisse uidebant: gratulati sunt Forojulio; cui pristinam magnitudinem redditurus esset: gratulati sunt uniuersa diœcesi; quòd Episcoporum, et ecclesiarum ...

va tanto Antis ti subiecer essent. nam Iustino obtan. Tergestina, Pataurina, et alia ab illius solio siè pendènt; ut illarum omnium dioecesium iudicium ad hunc sacrum ustissimum Principem spectet. Hec illos etia fugi bat; hunc ex illius p olis, gentisq uetustate, illustrissimorum uirorum seminatrice, omniumq uirtutum, et scien iarum altrice oriundum esse. quid enim (si e qui é iurs decesserunt, memoriam refricoj de Francesco illo dicendum; qui, multos exercitus instruere, urbes expugnare, acies profligare suetus, hostes ita persecutus fui; ut a Brixiense obsidione eundem expulerit: et ciuitatem Veneto Imperio conseruauerit. quid de altero commemorandum; què immortalitatis studens, singularis uirtutis uir, et rei bellicae imperator eodem tempore Reipublicae suae multum profuit: cuius fortuna tanta fuit; ut magnam eorum partem, quae feliciter successerunt, suo iure sibi uendicauerit: et suam esse duxerit. Tacchoia autem tanta animi magnitudine fuit; ut nulla res tanta exciderit; quam non prudentia rexerit; et uirtute confecerit. Qui magnus in re militari semper uisus est: et praeliis, et oppugnationibus, et campestribus, et naualibus pugnis cum laude interfuit. Alio quoque prope inimicos silentio inuoluam; qui non sine fortunarum dispendio, uitaeq discrimine seipsos, et patriam nobilitarunt: cum omne genus studii, consilii, laborisq suo Reipublicae tribuerint. fidemq suam promptam, planeq expositam praebuerint. Hic uero, cuius facta commemoro, Foroiuliensis Patria Lauens tanta uirtute erit; ut supra aetatem eximia prudentia praeditus sit. Hanc quidem ostendit; cum primum in hanc ditionem pedem tulit; unicuique maiestatis, et sanctitatis cum indeles fuerit; siue de re profana, siue de re diuina sermonem habebat: siue aliquem admonebat, et increpabat: siue cum grauitate incedebat: adeo quam natura duce, cum ortu simul ipso Heroibus Venetis inclitam, protrahi videtur. Cuius animi moderationem, et fortitudinem uix oratione prosequi possem; postquam in primo adolescentiae flore imperii rationem edidicere, legum promulgationem audire, hostium impetus experiri, et fortunae modò secundam, modo aduersam aetatem consecuit: dum Byzantii eo tempore commoratus est; in quo ad eam ciuitatem totus Thracio profugus

eulum Senatus Venetus ad Turcarum Imperatorem magnis de rebus illius parentem legavit. Ubi quidem Tyrannus terribili aspectu truculentus gerebat ~~gerebat~~; hic se humaniter praebebat: is contra naturae studium vehementer obdurescebat; hic natura duce, lenis, et humanus erat: is quò magis suo iure insolescebat; hic eo magis orationis suavitate eum leniebat, et efficiebat, ut rationi pareret. quem tunc Veneti mutuali proelio ad Echinadas cum superâssent; sibi ponteum patefecissent; qui prius a tuto elatis imis genibus clausus tenebatur; in Christi fidelem ira exitiatum mitigavit: diq; noctuq; in omnibus decernendis solertia incubuit; scientia in deliberando; consilioq; ex occasione suscepto, in dubiis anteeundis, et in labantibus erigendis. Qui elatum, depressaq; fortunae tela subiit, ac neglexit: cum non nunquam infractis animi viribus in rerum vicissitudine constans fuerit; ab illius Tyranni regionibus se ipso maior, clariorq; discessit: et in patrios domicilia magna cum laude reversus est. Ubi in referenda illi legatia Senatus paratus fuit: et cui magistratus, et, quae in Republica maiores sunt, potestates decrevit: procuratoriaq; praecipuae dignitate illum decoravit: in qua constitutus tanta cum authoritate se gessit; ut cives eius voluntatibus assentiant; populusq; obtemperet; ac obediat. Quis ideo è clavis parentibus obscuri nominis genus ortum fateatur? Sed quò praestantiorem quis ortum duxit; eò magis ab ineunte aetate periculis, laboribus, pietatiq; assuescere debet. Cuius quidem generis gloriam iacere, ac maculas contrahere hic ipse non patitur, ad domesticum splendorem praeclari aliquid adiungens: cum illum Pontifex maximus magnitudine beneficii adiutorem Aquilejensi Antistiti in huius Ecclesiae procuratione, et successorem decrevit. Hoc immerito hunc in tanto honoris gradu locavit: qui eximia erga Deum pietate: qui assidua lectione sanctorum Martyrum exemplo vitam conformat: qui precationibus, et ieiuniis priscis Heremitis se similem reddit: qui tandem praedicatione in Divi Pauli dotata, moresq; se fingit; ee aliorum; qui cum

euangelium gentibus detulerint, Aquileiæ, cuius Ecclesiæ procu-
rationem habet, primis temporibus, dum Christi fides illuxit, deo-
rumq; superstitio defecit, martyrio affici noluerunt. quem in
præsentia non minus, quàm binum Marcum olim, qui in hac Regio-
ne Idolorum obseruatione pereuntes sub uexillum Apostolorum,
sanctæ militantium, innumerabiles adduxit, diuinisq; monitis
formauit; gens uniuersa concionantem audit, admonentem,
couuigentem: illiq; obtemperat, ac obsequitur: et stupens inter-
dum illum fore auguratur, ut pastoris pii prouinciam in per-
petuum vigilanter gerat: gregem sibi commissum in custodia
retineat: uniuersam dioecesim ingentibus fidei columnis su-
stineat: sacrisq; candelabris fulgam lucem inuiset; et præclarita-
ne in magnam felicitatem statuat. Quo per se magna, et ampla
cum sit; in Germanorum diuisionem tendit, sacerdotiis, Abbati-
is, et episcopatibusq; florentissima. et licet in Hæreticorum
finibus constituta sit; in ea tamen nullus est procellæ impe-
tus, sacras ædes diuorberans: tanta est illius prouidentia; ne-
ue ex alta specula, quid accidere possit, assidue prospicientis:
et propterea præ aliis huiusmodi nominis Antistibus felicitate
fruitur. Quid enim de Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymi-
tano, et Constantinopolitano sermo habendus? Illi pris omni-
bus uiris luctui sunt; hic gaudio: illi in infidelium regione ne-
gliguntur; hic in catholicorum conspectu laude tollitur: illi
a barbaris gentibus sibilis, et conuiciis excipiuntur; hic a poeta-
rum, et oratorum numero prope diuinis uersibus allicitur: il-
lorum reditus ab Ethnicis ui exborquentur; huius uero a
christianis augentur: illic ædificiorum Ecclesiasticorum
fructus in prauum usum conuertuntur; hic uero ad hono-
rem, deiq; optimi maximi gloriam, et bonorum omnium de-
cus

cus impendantur. Agriliensis itaque in maximam sodalitatis suæ partem hoc duceee debet; quod non huiusmodi detrimentis affectus, et maledictis consessus uideatur. Nam præter Grimanorum diligentiam in animarum cura ab ipsis ante hoc tempus adhibitam, hic in illorum locum suffectus eundem, quem illi obtinuerunt, honoris, et amplificationis gradum, detinens, suæ fidei, officiòq; satisfacit; cum antiquis huiusce Ecclesiæ Patribus præclarissimi nominis conferendus; cum Popone, qui libris, et rebus aliis, ad rem diuinam spectantibus, Agrilense sacrarium ditauit; cum illi multa hic non minori pretio relicturus sit; cum Gonopoldo; qui Coenobium diui Stephani unà cum basilica construxit; cum ab hoc Ecclesiarum prouentus in aliis sacris ædificiis erigendis impendantur; cum Volcerio; qui religionis studium eximium præ se tulit; cum hic fundamenta incœpta ipsius religionis colendæ sanctius iaciat. quibus omnibus summo Pontifici in oculis est: cui Roma reuertenti et qui sacris initiati sunt, et qui eisdem carent, obuiam ferunt; et gratulatum confluunt. quo in colume uniuersi populi lætitia gestiunt: et cœlum ipsum lætari uidetur: huius colloquium quis ex diuturno tempore non appetat! Quis enim, hoc absente hanc Patriam luce caruisse, non fateatur? Qui uer sectũ, et uitales Zephyri auras deculit: qui non his orationibus modo, sed præconiis omnium disertissimis extollendus est. Præter has enim ingenii dotes iis bonis, quæ extrinsecus accidunt, circumfluit, ab amicis non inops; ijsq; clarissimis: quibus cum Roma magnam diei partem doctissimis, ac sanctissimis sermonibus traduxit. Propterea nihil nisi prospero cum alite illis contigisse existimandum est; qui tanto Principi, tanto Antistiti, tanta in dignitate constituto, subiecti sunt, ac parent. Hoc enim duce non horribiles dissensionum procellas exhorre-

scunt; sed in tranquillitatis portum ingressi conspicuam, et
sicuram uitam agunt; armorum licentiam non cernentes, nec
gladiatorum impunitatem experientes; quam in summam ma-
gnitudinem boni creuisse conqueruntur. Non enim, qui impu-
niti ferro grassati sunt, per insolitam praesentiam turpitudinum
compotes facti, per fora spatiantur: nec, ut antea, ferientes,
et caedem euolutionem pro se ferentes, scelestissima facinora
perpetrare audent. Illi uero inter omnes mea Patria, cui salu-
us, et incolumis reuersus sit, tam caro populis, tam caro
totius Europae heroibus honestate, et magnitudine animi ex-
celso gratulatur. quem omni honore, cultuq; prosequitur; ei
eidem obsequium, et obedientiam ante hoc tempus uero debu-
erit: nunc uero, cum ab aliis sanctissimis Patriae Principibus
in publicis rebus constituendis, in aedificiisq; exigendis cohu-
nestata sit; ab hoc ipso et magnitudine, et multitudine bene-
ficiorum ornari, et augeri confidit.

Ad eundem
ode.

Acri Marte Duces insuperabiles
Horrebant celebri Iuliaco in Foro,
Assueti Hesperiam robore pectoris
Tutari auspice Cæsare.

Insignis lauribus, maxima moenibus
Stabat turrigeris, diuitiis potens;
Luxu et regifico plena, Aquileïa
Romanum referens decus;

Cum gens scythonico concita frigore
Bello terribilis prouirit; ignibus
Iniectis procerum quæ laquearia,
Et templa excidio dedit.

Non longe Adriaco littore Nereus
Insidens scopulo semimares uiros
Cernens; et stupitus auribus hauriens,
Secum talia protulit:

Quæ nunc Barbaricis cæsa securibus,
Insanisq; iacent strata furoribus;
Longe dissimilis (credite) BARBARVS
Alber restituet breui.

Moles egregias artificum manus
Struxerunt iterum: ruine Capitolia

Splendorem referunt. Concidit inuidus
Bacchantum furor hostium;

Dum uindex sceleris concutit aegida:
Mortalesq; premit fulmine Iuppiter.
Testis centimanus nubibus obrutus
Celsis Inarimes Gyges.

Aedes Empyrio Regi hominum, et deûm
Condentur: pietas quas colit aurea;
Frontem et pax oleris cincta uirentibus,
Coeli nata recessibus.

Nam Princeps Patriæ, quiq; cohortibus
Sacris Iuliadûm praefuerit; feret
Supremos titulos Pontificum, in throno
Effulgens diademate.

Stellis perpetuis tuneq; locabitur
Virtus omnigenûm: et nominis inclytum,
Quà saeuit Boreas, quà madidus Notus,
Ter magno imperio quehet.

Vt terræ gremium flore hilari regiet,
Ouis occiduis aura fauonii
Spirans; chrysolithos feteq; Oriens nouâ
Claros, luceq; iaspidas;

Sic sanctis alumnis dotibus ingêni,
Et sanctâ proceres conspicuos fide:
Venitq; unde salus; quam peperit cruce
Humano generi Deus.

Sacrati solymis in Regionibus
Vitam egere Patres; quos meritos bene
Regens

Degenbe, o the[illegible]o lumine splendidos
Coeli detinet atrium.

Ornati niueis temporaq; infulis
Fragrante ore 20sis haec ibi profeuunt;
Aures ad uigiles lata Aquileiae
Vitae Praesidis integri.

Crescat laude Parens Iuliaci soli;
Romae aegrota Polo dumq; palatia
Stabunt: omnipotens legeq; Pontifex
Diuinâ populos reget.

Defertur celeri nomine gloria;
Quâ terras Helice frigore deprimit:
Cuius religione, atq; priâ fide
Quoque uerbo, et ditio micat.

Sed nostra Ismariis diruta ab hostibus,
Aris nuda caret, templo et eburneo:
Et diuis similes supplicio uidet,
Expertes Iuis, affici.

Haec arcana canit Triuiâ sata
Non Manto, stygio percita acumine;
Sed qui ignes animo conspicitur dei:
Almo haec ore quq; nuncupant.

Ostro en Nereides seamina molliunt;
Pannis purpureis, in solio Petri
Ba[illegible]; iura, ut niteat. Vertice Iuppi[illegible]
Quin his protinus annuit.

Ad eundem

A Duce Romano Regio est hæc dicta; duobus
Nunc Venetis clara est: et decus omne refert.
Ponit in acies propugnacula BARBARVS hostes;
Signaq; in his fixit BARBARVS alma crucis.
Is, pater est; PAIMÆ celebri qui præsidet; alter
Filius hic; populum qui pia iussa docet.
Illius ex lauro pensarûnt facta coronæ;
Pro meritis caput huic vubra tiara teget.

Ad eundem

carmen.

Luna quater fuscis inuecta argentea bigis
Vanuit ex oculis; pleno et quater orbe recreuit;
Viscera condidimus cum nostri patris in urnâ:
Thusq; rogo addidimus, iusta ac persoluimus illi:
Questibus et cœlum (miserandum) impleuimus; cui
In primo uersans quia duleis flore, reliquit
Nos partim; bis sex dum non impleuimus annos;
Partim; quos grato non abstulit ubere mater.
Riuus adhuc nostris tumidis stillauit ocellis;
Fundauitq; satis lacrymarum os gutta cubellum.
Sed contra fatum cum nil querimonia prosit;
Cedere ab his lacrymis, aliudq; intexere chartis
Fert animus, nobis quod præbeat utile; gratum
Sitq; Patri sacro Regionis Cæsaris: cedis

qui

Qui solio residens Aquileia iura tuetur.
Nomina non resonans, quibus est concretus, auorum;
Cum sua non uocet, ingenii qua haud uiribus egit,
Lumine collustrans antigua trophoea parentum,
Illorum similis, facinus uestigia pressit,
Virtute, et titulis sacris toto orbe nitentium.
Hi, quod Aristippus, Plato, Democritusq; libellis
Mandauûnt, mente hausisset, posuisset et imâ,
Constituens inter praeclaros arte Minerua
Deferri docto, et sapientis nomen habere;
Non, quâ dissulget, famam subiisset honestam;
Sed, mala per segnes traheretur ne otia, somnos;
Intendit studiis mentem, Musisq; dicauit;
Ante diem surgens, librum et cum lumine sumens,
Pertulit ostrum animo HERMOLEVS, uigilesq; labores;
Vt gressum ad pulchram uirtutem in rupe locatam
Dirigeret; caperetq; aeterna praemia laudis.
Ceu, qui ad olympiacum stadium accessere, citatis
Passibus alipedes huius uim, robur et huius
Mente tulere cogua, rupere atq; agmina anheli
Curuentum; ancipiti tetigeruntq; impete metam;
Deditus ingenii speciosis artibus, artis
Rhetoricae est studio: et sciuit, facundus Apollo,
Insigne eloquium, quod protulit ore rotundo:
Seu quod Graiugenûm dilectauit Musa; latina
Siue loqui dedit huic, Pindiq; haurire liquores.
Quaecunque et rerum causas natura recondit,
Implicitas tenebris, nigro et uelamine tectas
Percepit uigilans: hominum et deduxit in usum.
Ast hic non humili solitus consistere sede,

Æthera conscendit maiovibus exiguus alis,
quid puvi, et ravi quid sit, non nescius, illic:
Sol agit ut cursus, idem retrahitq; recursus.
Novit et, ut uehitur nocturnis Cynthia bigis;
quos et habens coeli latos, nitidosq; meatus;
Sideraq; anfractus, discordanteq; ordine summo:
Maiorem hoc alio ut probes grato ore nitorem;
Vt minus hoc forma est, aliud superemineat istud.
Et novit, vutilant Phoebeo ut signa theatro
Bis sena; ostentant faciem, et simulacra ferarum:
Vt leo flagrantes ignes extollit ab ore;
Et Capricornus aquas diffundit ab aethere; et omnes
Sanus in aduersos aspergat scorpio uirus.
Non tamen Hippocrates quod scripsit, quodq; Galenus;
Quid legum et terræ proceres sanxere uerendi,
Hunc latuit; memori tenuit sic omnia mente.
Dotibus eximiis animi delatus ad Indos
Nomine, uirtutis formâ spectatus in urbe
Romuli, in ipsius multos pellexit amorem;
Insula et accinxit quorum sacra tempora; corpus
Purpureæ et uestes decorauêre sede micantum.
Provq; aliis unus, cui rerum summa potestas
Est data, sic animo gessit, dilexit et illum;
Fecerit illustrem ut titulis; insigniaq; sacris
Traderet uenerandæ Aquileiæ; ut dogmate sancto
Curaret populos: hos non tamen inuida Clotho
Vt regeret, dedit; atq; uiam monstrauit olympi;
Tam celebri ingenio cum seamina fregerit ipsi.
Illum deflevunt septenis collibus urbis

Mu.

Musæ, doctrinæ decus excessisse dolentes.
Sed cum flaua Ceres decies legisset aristas;
Vix decies mustoq; implêsset dolia Bacchus;
Quoque anno rubros incidens falce racemos;
Et Phœbus decies transisset brachia caneri
(Interitu unius cum fiat grata propago
Alterius) uitæ permisit tendere in auras
Prole alium ex hac Cœlestis Rex, cuncta gubernans.
Cuius est infans, cui Pindi in sede sorores,
Sanctaq; Religio, Charites, placidiq; lepores
Risere, illecebras fecerunt, blanda canentes
Carmina; gestantesq; sinu oscula grata dedere.
Nomineq; est dictus, quo tu, diue alme, uocaris;
Congerie in nemorum fugisti qui ora leonum;
Præscius et sæcli uenturi arcana tulisti
Fatorum ore, poli permotus numine: tuneq;
Vaticinans dixti, similem docti arte Mineruæ
Paturi; ab his terris qui paulo excesserat ante;
Et, quibus is nituit titulis, clarum orbe futurum.
Non animo sunt hæc repetenda oracula diuûm?
Pro nihilo sunt hæc cœlestia signa putanda?
Cumq; ætate puer creuit; discensq; uerenda
Cum uirtute habitum uitæ pubentibus annis;
Doctrinâ purâ crescit: fitq; alter Apollo.
Nam cæpit excelsum per raras extulit artes;
Aupini quibus Orator præconia adeptus
Est famæ; quæ cunque et sunt obnoxia morti,
Abnuit: omne uirûm genus, et quem turba quirini

Nuncupat eloquii patrem, ueterem q̃ magistrum.
Et Graiæ Musæ sic est accensus amore,
Vt, quod ei est decoris, uigili sel̃gerit arte.
Quin sophiæ ad doctæ accessit penetralia: et illic
Excerpsit, quicquid mini deduxit in usum
Panchoides: rerum docetus q̃ aperire latentes
Causas, coelestes animo penetrauit in axes.
Atq̃ ibi percipiens sanctissima dogmata, plura
Excepit calamo, quæ sunt sapientia prima.
Dauidis psalmos didicit cantare; suaui
Harmonia, hos ipsos almo condirec̃ melle.
Est merito Patrui sublimi in sede locatus,
Delitiæ Patriæ, et Princeps; ut nectare gentes
Iuliacas aleret: præcepta et sancta doceret.
Qui sermo at nobis cum uitæ munere functis?
Moesta recensentes repetamus ne ima Nepotum
Vulnera; fert mens, atq̃ audire, et reddere uoces;
Cum uiuisq̃ agere, et chartis intexere, docti
Quæ gessere pia pro Relligione. Beatam
Vitam agat: et uitæ FRANCISCVS Nestoris annos
BARBARVS: ex istis pepulit qui Cæsaris oris
Barbariem: placidos mores, reuocauit et artes.
In solio Patriæ Princeps innixus eburno
Plena fide Christi uerba almo pandit ab ore,
Lethifera a culpa reuocans quemcunque; trahitq̃
Ad rectæ uitæ callem, omni labe carentis.
Quin cupidus serrare gregem á ui, ac rode luporum,
Pro nihilo duxit fastidia longa uiarum:
Tradere sec̃ illis salebrosis, rupib̃ plenis;

Atq̃

Atq; niue aspersos altos conscendere montes
Illyrio, glacie et strictas Germanie ad oras
Tendere; quà Boreas Arctoo sauit ab axe:
Cum rabie magnisq; enitens uiribus alteas
Euertit quercus; strepitans acuerberat arces.
Is potis est, uerbis gentis sedare furores
Hæresis, addictæ ingluuie, arbitrioq; uolentis
Viuere Luthen: docuit quam falsa, tenebris
Detentam, et laqueis constrictam in carcere diris
(Namq; fidem Christi proculcans, numina et alti
Ætheris, immitis fuit, ira ui excita, et exlex)
Hanc tamen exsoluit uinclis Plutonis ahenis:
Inq; uiam duxit directo examine ad astra
Tendentem: Angeri diuina ubi pace fruuntur.
Pro quæ re tanta, pro tot foelicibus ausis,
Dic, age, sancta Cohors, alis innixa, meatus
Quæ cœli pandis; defers et iussa Tonantis
Terrarum in longos tractus mortalibus; illi
Quæ serta ornabunt; quæ præmia digna manebunt?
Quò magis expectat factorum munera; tardatq;
In terris, meritis bene de ista gente, manentes
Sub sceptro illius; tantùm illi gloria surgit:
Et quæ pro gestis insignia scepta dabuntur.
Quò mage ager colitur; cum dissert tempora fructus,
Maiori Domino, quod debet, fœnore reddit.
Vellera phœnicæo radiantia murice tincta,
Quæ uelant Reges nitidos uirtute; sacrorum

Atq; caput procerum constringens rubra tiara
I. cuneum factum, populum in spectacla trahentum;
Stragula, et aulæa, et mitræ, pretiq; tapetes,
Piceæ et acu uestes, auro, textaq; smaragdis;
Et quæ sunt magni pretii, et fc. rugine Iberâ
Præstant; altæ aulæ in partem iaciantur: eguriq;
Mandentes fœnum; quales Sicania tellus,
Vincentes cursu uentos dimisit in urbem
Elidis; et curvus; quales Capitolia celsa
Spectarûnt; quibus euecti fulsere triumpho
Aeres Marte Duces; linquantur gloria inani
Accensis: uorat hos plausus, breuis horaq; perdit.
Empyriis gemmis circundata adorea, et astris,
Ardenti semper mage diffulgentibus igne;
Chrysolithis, baccisq; mavis, splendoreq; soli
Prælatis, illum expectat, maiore futurum
Luce aliis, iactantibus acta sua archibus æthræ,
In spatium ereceis tantum; ut quod degit in orbe
Toto, præ his nihil, aut minimum sit mente putandum.
Hæc non imbre madet; tineis nec vodetur ullis:
Nec, quod cuncta uorat; quod contevit Herculis arma;
quodq; aditum inuadit; quod moenia destruit urbis;
Dente hanc absumet, tacitis abolebit et annis,
Tempus. Nota Patri coeli, cui cuncta patescunt,
Illius est pietas: pro Relligioneq; fecit
Quæque, regens Petri puppim, ceu nauta, trizemem
Bacchante in pelago, ut traxit, rabidisq; procellis.

quid

quid ualet; ut scindat turbas hunc petulantia inerti
Ore, sibi heu miseras in se torquens uulnera mortis.
Auribus hoc hauris, referentia cuique suauem
Harmoniam? decus heroum, sanctissime Princeps,
Diuinum terræ specimen, fortisq; columna
Iuliaci templi, si sunt in pectore, curas
Cure: nonnullo et labentia gaudia sume
Tempore, fulta actis dignis; quæ uersibus almis
Claudantur: nulla et referant obliuia. Verum
Hæc nos dum loquimur; dum lato expandimus ore,
Heu fessi sermone sitim concepimus: atq;
Arida lingua riget; siccum languetq; palatum:
Et facit angustos alternos pulmo meatus;
Quòd lymphâ nullâ, nulloq; humore rigetur:
Expectantq; imbres uultus; qui in nubibus hærent.
Ast in Musæo, quod mox Aquileïo in agro
Doctrinæ cupidis posuisti; tecta ubi alumnis,
Hospitia et doctæ statuisti Palladis, Heros
Alme, Parens; inopum; qui uni tibi brachia pandunt;
Fons est illimis, uitreis gratissimus undis.
Quem non circundant ulmæ, nec cana pal. tris,
Nec steriles dumi, rigidi nec cuspide iunci;
Lilia ac alba, croci, uiolæ, narcissi, hyacinthi.
Hunc non agricolæ, non hunc è monte bubulci
Cum grege descensi tangunt, sed floridi ephœbi;
Quos immortalis uirtutis gloria cepit.
Da, hinc pueris nobis lymphas haurire salubres:
Inq; hoc, da misereare, tenerum contingere menem:

Nostra ætas deinde ut paulùm cum creuerit, ambas
Vertentes in plena manus, palmasq; capaces
Pocula, docerinâ accensi, lato ore bibamus:
Epotiq; illic referamus talia cantu.
Viue, uale, Pater ò Patriæ; est in limine cœli
Fons tibi; cuius aquam non solis contigit ardor;
Amne scatet: gaude; hinc fortiora pocula duces.

Ad eundem
expostu:
latio.

Paruus eram, et repetans pedibus blæso ore loquebar;
Et tener explêram uix annos quattuor; eodem
Ín sacram a famula cum sum deductus; et illic
Inflexis genibus Diuûm prostratus ad aras
(Nec fictum recito, memini, quod profero) cratem
Structam alte, atq; torum, cinctum uelamine nigro;
Fornice cærulato incœptam, a fabrisq; paratam
Ædiculam, templi in media testudine, plenum
Hinc, inde accensis, flammasq; uomentibus atras,
Confectis cerâ tedis cum lumine uidi.
Mœsta aderat, circumq; sedens pia uerba canebat
Sacra sacerdotum legio, os lacrymisq; rigabat:
Assensu ornabat populus, laudabat et hymnos,
Auribus in cuneum arcteatus quos hauserat; ore
Et uerba eliciens, semet cernensq; uicissim,
Singultus rapiens, tacito ter corde gemebat.
Stabam animo suspensus ego; at mihi tempore lapso

Annorum

Annorum, has fudisse preces, dixere priores.
Otia laetus agat, foelici ac pace fruatur
Cum coetu Aligevûm in coelo; Diuisq; quiescat
BARBARVS; in noctem qui aeternam lumina clausit.
Romuleus Genitor sanctus, moderator et Orbis
Diffulgens Petri in solio subiecerat illi
Nos: dederatq; humiles parere, ac pandere uota.
Qui ad superûm leges directus, sacra colebat
Jussa Dei; et puro suspiria ab ore trahebat;
Orando quoties haeresat imagine Christi.
Cernere qui mente est solitus, ceu lumine lynceus
Amotas procul a sensu, perq; aëra raptas
Res solitus capere, ac nullo dignoscere lapsu.
Eloquio praestans attentum qui ore senatum
Detinuit, graiâ doctus, linguâq; latinâ
Plurima mandauit libris: mittensq; per orbem
Per digitos, perq; ora uirûm dedit illa uagari.
Ceu natura, suos mores infantia, in annis
Quod teneris aluit, grauioribus indicat. ex quo
Tempore mente ego collegi, simulacraq; uidi
Expressa exequiis Antistitis; abstulit atra
Quem mors; uirtutis magno succensus amore,
Defunctiq; domum colui, celebresq; nepotes:
Tentaui illorumq; includere carmine facta.
Teq; Parens Patria Iulae, cultor et odis,
Cum primùm aspexi; tibi eos, mentemq; dicaui:
Procumbensq; dedi obsequii clarissima signa.

Secluix ad lectum coepi me ostendere, uotis
Et parere tuis; stygijs cum concita ab ouis
Focca caput scabie, dorsum procurua, recurvis
Impropera neguities est aduersata paranti
Hæc oculis
Mî, colere officio, Ronia et te tollere Musâ.
Licet hæc tuues, et culmina celsa domorum,
Quas uigili curâ biuus tutatur, in anoro
Non timuit qui ursos, demulsrieq; ora leonum,
Ascensa, exoptans rumorum millia passim,
Seiuncta à uerís potius, quàm mixta reseruè
Comenta, impleuit falsis sermonibus aures
Teuq; quateuq; tuas: quibus hæc patiuntur inigua
Cyncerus cum Dante Gigas: effundis amorem,
Quoq; illos amplexus es. Enitens male finxit,
In uulgum ac mendax retulit, de pectore lapsos
Esse Vari, atq; fide excessisse: uicemq; gerentem
Memnonis, ac socium spreuisse: ob quæ decus urbis,
Ablatam et patriam, rerumq; impendia plorant.
Ast ego concutio singultibus os, sacvjmisq;
Aspergo, insontes cernens. Me damna referre
Behine queror; et fraudatum opulentis censibus: angor
Atq; animo immeritum ex agro cecidisse Sabino:
(In quo cum natis coniux ieiunia pomis
Soluisset, (ferre, et Bacchо se aluisset in annis)
Passum totq; mala, in cœlo quot sidera fulgent.
Cum duce qui si Ithaco eruanti, uel conferor Ivo,
Hei premor, et sortis grauiori ulnerior ictu.
Iniuste absumor curis; ceu uomer ab usu

Assiduo

Assiduo; uel trita rotis, quando Appia squalet.
Qui me his affecit poenis, seuicq; malorum
Qui mihi calcauit, salsum proiectus in aquor,
Pleiadumq; minis omnis labatur in ora
Monstri: foedaq; edant illius membra uolucres.
O utinam mors, postquam per iuuenumq; senumq;
Omnibus aqua, caput cuvrit, mea pectora soluat,
Luctantemq; animam; mihi si contingere coelum,
Quod spero, dabitur, fugens pia brachia tendam;
Prostratusq; deo genibus: miser hunc q; precabor,
Anguibus ut nexas euines emergere Auerno
Eumenidas, iubeat; quae ultrices aspera in ora
Extendant dextras, lacerent atq; unguibus artus
Tam male uiuentum, et tentantem lacere famam
Alterius; praua ante illa samq; ore grauare.
Deficiente meas expono uoce querelas;
Peruitus ut ualidâ spe nitar: congreuar auris
Nam q; ego si ignotis, frustra suspiria iactem;
Reclclare nec uoces ulli, captare nec aure
Cum possint; adeo te, Antistes BARBARE; puram
Qui mentem seruas: ad nullaq; fulmina palles,
A Ioue missa polo (sceleris nec conscia mens te,
Cura nec ulla premit) labem qui pellis ab urbe
Barbaricam; leges iniustas, atq; rapinas.
Aures da: caput hùc, illùc maerore uoluto;
Ceu in solo agit, uersatq; trochum qui uerbere, fu clam

Tempora uel circum; quando aëv personat ictu:
Sic ego discrucior. Tu, qui solatia rebus
Elapsis tribuis, misero succurre uocanti.
Exponi aduersâ famæ; sermone molesto
Vexavi; linguæ mendacis damna subire;
Crimine pro alterius uiolentas sumere pœnas;
Est graue: quoq; malo grauius nil mente revolui,
quod magè moveales teneat, repleatq; stupore;
Nil magè, quod lacrymis, nil, quod solamine dignum.
Nil magè, quod patrem cœlesti in uertice laudat.
Lumine qui uoluens detentas pectore curas,
Hactenum gemitus, suspiria ducta parentum
Ex animo, et thalamos uiduatos coniuge, prolem
Desertam in lacrimis, cœcos tenebrisq; penates,
Florentes olim, ac felici luce nitentes;
Vix potis, ut sileat, cladem miseratus iniquam:
Pro regq; indigna non exardescat in iras;
Arguat authorem istorum: sicq; ore minetur:
Hei tibi, qui uasto ingenio; male qui artibus usus;
Factorum ingenuâ, ac morum ratione relictâ,
Lasisti alterius nomen, famiiq; propinquos;
Immeritos ducens in culpam, ac pectore puros.
Hei tibi, qui patriam, qui et dulcem lassus honorem,
Conscius actoris ficti, rerumq; ministri,
Implicitus mentem uerbis; vigilisq; querelis
Actus, ut Atrides irâ; dum sævit in agmen
Grajugenum, insontem ac dictis Calchanta lacessit;

Iudi-

Iudicis ad limen, uenistiq; ante Tribunal:
Iurgiaq; ore agitans facto, culpâq; carentes
Damnâsti, accusans syncetos crimine. Contra,
Tet, quater ô foelix, foelix, q ui sustinet aegro
Damna animo, ac patitur uanos ludibria gentis:
Cogitur exilio, extremas delatus in urbes,
Mutare hanc sedem: quâ non iucundior ulla
Fert culpam altevius; plorat populoq; perosus:
Cuius non probitas, sola est contemptio nota.
Sed tamen ipse poli genitor; cui corda patescunt,
Integritas, uitium; seu uera, aut ludicra facta,
Non tenebras clauis effundet: fraud- remotam
Deteget; in melius sortem quoque prouehet: illam
Mentibus et subdet iustis, coguiq; ministris
Terrarum diuis: quêris ferre, ac dicere leges,
Dat; ne supplicio plectant bonitate micantes.
Hec semel implebit coeuntia cornua luna;
Ter decies Phoebus curuum nec tollet ab undis
Oceani; errorum cum pellet mente tenebras
Princeps aeeta, et ueri se ducet in usum;
Quem Patriæ Patrem profert, decoratq; galerus
Puniceus (pareis qui post mutabitur annis
In rubeum) et titulis sacris Aquileia micantem
Prospicit in templo, superis pia sacra ferentem:
Quemq; urbs (fatidicus diuus, rabido ore leonum

Terrigenûm haud unquam, quam coeli curat in arce]
Ius dantem populo, solio uenerator in alto.
Non fati ignara haec, actoris conscia; uerbis
Vera aperire uolens, in uulgum, et ducere lucem,
Nuda caput, deflexa genu sic se obtulit illi:
Attestansq; deûm, Diuosq; est ista locuta.
In naue assueti cum nautis degere, somnum
In transtris capere, et remos attollere dextris;
Horrida perq; uagam celeres agitare triremes;
Stendereq; in malos, illisq; aptare rudentes,
Abrasi caput, exusti crura igne, cathenis
Absumpti latera, atq; induti ueste rigenti,
Vitâ homines duo iam fracti, et male nomine olentes;
Qui in Venere, et Baccho, ac ludo exegere iuuentam,
E patriis pulsi laribus, procului coacti;
Multati exilioq; alienas quærere terras,
In sedes uenere Gili: ac infausta minantes
Præfecto; quòd eos patriæ detruserat ovis
E dicto, atq; opibus, caris spoliârat et agris,
Spe uelut abiecti tentauêre cadere quercus
Illius, circum serpitantes flumina; somno
Cum se tradiderant, capientes nocte quietem,
Mortales fessi, uicisq; laboribus æstus.
Illos illi, præceps quà Tylia prouiit amne,

Pergentes

Pergentes, ac commissâ, cor fraude repleti,
Vnde excesserunt, Graecas adiere carinas,
Linquentes, alii ut facti, uitiiq; subirent
Panam; qui steterant in pago, et nocte quierûnt.
Proh dolor, illatum est damnosum crimen in illos;
Quos Iceli, et comites Galli mansisse fatentur
In castris; nec uicis excessisse sedentes.
Quid causa, ut senior, bis sex qui lustra peregit,
Canitie gravis, atq; ioco, luxuq; remotus,
Tunc cupidus seruare lares, sobolemq; senectam
Exigere expeceans, ac fato marmore condi
Tristibus addictus sibi damnum quaereret, a quo
Seiunctus, teneris iamq; inde exhorruit annis?
Alter rerum expers; qui uix sanugine tectus
Est primâ; Musae qui est semper traditus arti;
Addidicq; hoc se in ludo, Phoebi illustris alumnus?
Ac bene si memini; ter centum lucida signa
Zodiaci inuisit; ter centum emensus olympum,
Verq; hyemes duxit sol; terra incanduit aestu
Ter centum; Rheni vipis, ac gurgite cincta
Prisca urbs; cum genus hoc, ptolemq; has misit in oras;
Otii, et ut coleret gratissima munera pacis;
Vt populi columen, ius conseruaret, et aequum.
Foedere quo legum, fidei ac munimine stricta
Crearit patriae decus, utile, remq; salutem
Anteuleitq; suae; capitis subiitq; pericla.
Non fuit iniusti cultrix, urbisq; rebellis:

Nec turpe admisit furtum, caedesq; rapinas:
Nec, queis sacrilegos saeuissima poena coercet.
Ex genere illo unquam quis foedatum ora Procrusten;
Curuantemue Sinin pinus, malèq; artibus usum;
Et Schinin asperit, Scironia et caede madentes?
Quis patrium, dulcesq; lares quis tradidit hosti?
Prodidit atq; fidem porro, insidiatus amorum
Ossibus, et paci, libertatiq; parentum?
Quicunque imperio gentes, ac detinet urbes;
Iustitiaq; unguem non latum a lance recedit
Auribus excipiat, quae moerens carmine dico;
Prompti animi studium fratrum, curasq; labores,
Herculis ob causam; seu Romae duleia grata;
Seu si Iuliacis duxerunt otia in oris.
Vexarûnt se animo, durissima corpore passi;
Si calamo exciperent, rerum quid posceret usus;
Susciperent et iter: quorum unus tendit ad Arcton;
Se obiiciens duro ad manifesta pericula motus.
Summatim refero, nolens includere chartis
Singula; quae Thracum, et Persarum corda mouerent:
Illaq; ne obiiciam; quae debent sponte rependi.
Hoc unum prae aliis, quod complet corda dolore;
Quod lacrymas, fletusq; ciet, quod pectora scindit
Viuentum, et trahit ad uitam quod lumine functos.
Cernere per cellas, lectosq; cubilia peris
Repetantes natos, ad sidera fulua uehentes

Va:

Vagitus, Fabios infantum more uocantes,
Assuetos uiolas his poma afferre, placentas;
Blandiri illecebris; hos inretire iocisq;.
Mox patrem bis, terq; patrem blando ore petentes,
Frustra heu credentes, secreto in limine clausum:
Cuiq; haud inuenient, quis non miserescit euntes?
Temporis ò quantum impendunt, quantumq; laborant
Et nutrix, et cara parens, ut nocte soporem
Inducant illis: quêis si hunc petisse reseruet
Vrbem uicinam, queueu, calamoq; palustri
Effingunt biiugos, et equos, properare putantes
Ad patrem; in proprio hunc credentes orbe morari.
Et lingues quidnam miscent querulo ore, dolentes
Orbatos patre, ter moestos uarioq; carere?
Ò utinam, erigere afflictos, miserosq; iuuare,
Cui datur, inspiciat praesentia damna: putabo
Temporis hoc punctum foelix, bis, terq; beatum:
Nec facti ultorem obscurum, taciturnue relinquam.
Verùm ut perpetuae decerpat praemia laudis,
Musa ope tentabo, solito trans aethera claros
Ferre uiros meritis, ut, qui pia gesserit, ora
Perlegat omnigenum: toto et clarescat in orbe.
Auribus hausisti, quod facto contigit, Heros
Marcelline, decus Venetum, huius gloriaq; urbis,
Adfer opem, reserans praeclari limina uiri.
Hoc uno Titan ter pressit terga leonis;
Atq; Ceres segetes ter nobis attulit; almaq;
Area in ostrea fruges ter triuit, et hausit

Rusticus exuvna ueteri ter dulcia musca;
Cum Dantes, moestusq; Gigas procul urbe morantur,
Exilio et patriam mutavêre, atq; penates:
Servitium et cum triste ferunt: dum uiuere quadrâ
Coguntur homini, ferre imperiosaq; iussa.
Per ueteres urbes, et inhospita saxa uagantur;
Inclyta Parthenope quæ extrema serrat in orâ.
Dumq; errant, uix Cacos, uix torvosq; Procrustes
Euitant: uicos qui non sine cæde frequentant.
Vt turtur, queritur coniux, uiduata marito:
Et fundit ceu Thyas per sua colla capillos:
Aspera infanda uocat; fatum linguâq; lacessit:
Dicit et in Diûm infœlicia uerba parentem.
Pleïades, cuius probent dum luctibus aures,
Pro pluuia, lacrymis agros, et horrida complent.
Cui reptant nati, et patrium blæso ore salutant:
Et dicunt, genitor, salue, qua es clausus in urbe.
Eripuit nobis hebetans te perfida; testes
Crimine te et falso: qui uera negare ueserunt.
His Deus ignoscat. Dum complent corda querelis;
Limina concutiunt ambo interiora domorum.
Proh dolor, infaneum quis non miserescat egenum?
Non auia, et genitrix potis, hos abducere curis.
Non ora auerte: at procul hinc suspiria tolle.
Quod pro damnatis iniusse, fecerìs æque
Rex hominum, ac Diûm cælsa tibi in arce rependet.
Sed (precor) hûc sensus, meneemq; aduerte, querelas

dum

bum fundo; moestos tendoq; ad sidera vultus,
Me exanimans, implens syncera pectora gentis
Carmine: quod uellem, ut peteret; quà terminus orbis
Se extendit; quà oritur Sol; quà occidit; omnia noscant
Quod soêcla. Est foelix pro me, quo funera uidit
Natorum, Niobe, et Tityus; iecur horeat ipsi
Etsi inconsumptum. obvior heu, non iure, malorum
Congerie: et syluo frutices, pelagiq; lapillos
Enumerem potius, quàm, quo tot profero, damna.
O utinam, coelum, pontus; cui nubila, tellus
Tota patet; cui tev magni est custodia mundi;
Vevendi iniuseam et seviem tev magna potestas;
Qui impulit immeritos mendaci crimine; Evynnes
Illius in pectus trudat, flammisq; Chimeram
Armatam; Harpias, omnes Herebiq; sorores.
Tot sine labe dies, foelicesq; egimus annos:
Nullaq; nos, nec anos, pateresue infamia lasit:
Nec turpi probro menteem foedauimus, umbris,
Funestisue vogis non insultauimus ullis.
Ah tamen iniuste trahimur sine honore per ora
Omnigenûm; donec, et vigido proscindimur ungue.
Quàm diuum, alterius praeclarum laedere nomen;
Auferre et famam; quo sede uelata pudore;
In numerum acceptа et diuûm, uenerataq; terris.
Si semel illa perit; nullâ heu reparabilis arte.
Pro qua sunt vitae; suntq; orti mille furores.
Quod caput est; ipsam qui diuipuere, paludes,
Infernosq; lacus adierunt: Cerbevus effere

Ova ubi; et Eumenides cõnexos crinibus angues
Pectunt: Gens Danaiq; ubi, Tantalus ore uapores
Accipit, Ixion, Titis vigidiq; ministevi.
Tempore in aduerso miseris quid rebus agendum!
Durandum est; donec uerum, probitasq; patescat.
Hec me a proposito hoc mutabit longa sibyllco
Eeas. omne malum uincit patientia: coelum
Hoc illi reserat; quem crimina nulla remordent.

Ad Illum. Hermolaum Barbarum
Patriarcham Aquileiensem

Peccatorum oblivisci est meminisse, profanes
Quæ commentantes res soluere sacras.
Nec prius est ullas reparandas nomine quàm qui
Illius est clarus, qui melior fuerit.
Et victoris Princeps Aquilæe tempora nostra:
Et Progne meritis dulcia ad ulta vires.
Ingenium magnæ mentis nemini primo;
Ille quis nouerit hanc negat esse parem.
Seculis tutelaris, quibus emicat iste
Hæc ipsa ætatis retulit Roma grande decus.
Ambo rubri in cæsar nubi de sanguine Cæsar;
Ambo, qui dirae se interuere duo.
Hermolaus bene sit, æternat quos fama perennis.
Semidees, virtus non nouit ultra mori.

Ad Ill.mum

Ad Ill.mum et Rev.mum Marcum Antonium Mocenicum Episcopum Cenetens: Sermo habita a Dom: nico Golo Jacobus Iulii

M D LXXXXIII.

Cum id, quod honestati conuenit, minus ueritati absonum sit, uenerandi sacerdotes, et uos, qui adestis, honestissimi uiri; ut illa, quae animarum incomparabilem salutis fructum prebent, coetuis, quae diuitiarum sogetibus effloruerunt, et multarum gentium imperio praestant, inre optimo dignitates antefferantur; in celeberrimo ideo christiana reipublicae conuentu ab uniuersis sacrosancte ecclesiae patribus constitutum fuit, ut, pietatis studium recolentes, Antistitum coetus apud omnes cuiuscunque conditionis uiros maximo essent ponderi: et propter christianam mentem, integramq; religionem insigniori obseruantia complecterentur; quàm qui non solum negotii, aut oneris publici aliquid haberent; sed qui illustriori praerogatiua elati, et magnitudini rerum praefecti imperatoria maiestate excellerent. Multis enim non immerito, tam iis, qui aulicis sanctioribus uinculis detenti, seruitutem seruiunt; quàm qui summi Dei cultui, et sacro famulatui adscripti, ea humiliora tamen dignitate constituti sunt, praestare omni tempore concessum est. Propterea singulari animorum uno sensu inter nos coniuncti, quo debemus, omni obseruantiae genere Marcum Antonium Mocenicum prosequamur: qui magni sacerdotii honorem adeptus, et episcopali dignitate insignitus, Cenetensibus praesidet: et illorum urbem Dei optimi maximi nutu, ac potestate administrat, in illam unum incumbens, ut, quem suae ecclesiae, et dioecesis procuratio tenet, animarum saluti consulat, et gregem suae custodiae demandatum, quotiescunque aberret, in

uiam deducat: et eandem, cum rerum omnium gubernaculum, et aurigendarum summam authoritatem habeat, tam iis, qui non sacris, quàm qui his initiati sunt, ita imperio praesit; ut uim cum iure, potestatem cum modestia, et litterarum praestantiam cum regendi labore, et studio coniunctam habeat. Cuius quidem ego pietate, ac religione clarissimas cum iam diu mihi ante oculos posuerim; non nescius sim, eas a multorum crebris sermonibus usurpari; quod magnitudine, et numero cum omnium Antistitum priscis operibus conferri possint, eorum, quos cum magna prudentia, et sanctitate egit, admirator, cultorq; factus sum. Quare operae pretium esse putaui, si hunc animi mei sensum, et uenerationis studium in unum deducerem; non ab re existimans, si omnium breui commemoratione aliquo, quo dignus est, encomio coram his propè innumerabilibus uiris, qui in praesentia astant, non inuite eundem prosequer: cum praecipue in utraque subselliorum parte, quibus me circundedi, silentio facto, ore pendeant; ut quicunque ab hoc exiguo, ac prope aride eloquentiae fonte profecta fuerint, siti uelut exhausti, imbibituri sint. Qui clauis honorum insignibus in terris ornati fuerunt; nunc coeli apicem attingentes cum puro animorum coetu foelicitate perfruuntur; nominisq; immortalitatem consecuti, in omnium praedicatione sunt, Gregorius, Ambrosius, Hieronymus, et ceteri; qui totius uitae modestia, et integritate compositi, inanibus cupiditatibus modum constituerunt: et haec humana, si quando ab his ipsis conuellebantur, aduersos casus, fortiter, constanterq; eosdem ferre assueti, pro nihilo habuerunt: immo a sacrorosis hominibus, qui a pueritia adolescentia nefanda uitia colligerunt, conuiciorum acerbitate uexati fuerunt. Qui quidem ipsi mille persecutionum genera tolerantes, Dei nomen magna cum pietate habitis concionibus, et scriptis tuati sunt: et proximorum saluti multum laborantes, religionis contemptorum animos

sanctis

sanctissimis operibus molliuerunt: et ad quietis, et pietatis studium maxima cum moderatione placatos ad beatæ uitæ desiderium excitauit. Non me quidem præterit, diuum Paulum, in quem innumerabiles impii hostes ui olentum furorem effudêrunt; licet macie, et inedia confliceretur: ualetudinis imbecillitate detineretur, biduo infinita millia passuum ambulâsse, ut animabus consuleret: fidem Christi ut tueretur, nocte, die q illud iter contendisse; quod uix aliquis animo comprehendere posset: ego q, si spatium ad dicendum, et dies uacuos haberem, uix oratione complecterer. Propterea id temporis ad reipublicæ christianæ commoda impendens, in quo uniuersi terrarum populi diuina fide indigerent, ut eam prædicatione disseminaret, et euangelium plenum faceret; in Græciam, in Syriam q iter suscepit, illud pedibus conficiens: eundem q nec hyemis asperitas, nec uiarum angustiæ retardârunt; quò minus ad eorum congressum peruenisset; quos ad dei cultum allicere, atq excitare uellet. Vbi quidem infinitis persuasit; ut animi prauitatem, et religionis superstitiones relinquerent; et ueram fidem amplecterentur: licet nullam animorum permotionem sua sponte ad pietatem afferrent. Sed is tanta rationum ui multitudini se accommodauit; ad eam q obtinendam propensus fuit; ut quocunque uoluerit, eandem impulerit: eaq probare fecerit, quæ non uulgari trutina, sed diuina sapientia ponderanda essent. Nec minori desiderio excitatus, ut huius christianæ fidei initium, ac nominis claritatem asequi, ac propagari uellet, Iacobus in Hispaniam contendit: quò Marcus etiam ex Ægypto se recepisse dicitur; ut illic cum nonnullis, qui se totos deo deuouerant, religionis semina aspergeret, Eulogio, Laurentio, Rhodorico: et deorum falsa simulacra deiiceret: et omnem prauorum dæmonum maculam abstergens, populos ad dei honorem, cultumq accenderet. Nec Hermacoram, et Fortunatum silentio inuoluam; qui in hac finitima regione præcipuum pietatis studium ostendêrunt: et Aguilerio tanta animi ui concionati sunt; ut illæ gentes religionis stimulis ex eorum uerbis, cum primùm aures adhibuerint, statim pertentari sensêrint. Quid Tirsianum huius dioeceseos; et ecclesiæ Canetensis patronum

tacitum relinquam'; qui nos apud Deum patrocinio protegit ac tuetur. Quid alios, qui periculum capitis negligentes uerae religionis causa colla securibus subiecerunt? Nullus autem relinquitur dubitandi locus, quin hodierno quoque die summo erga nos Antistitum amore, laboribus, consiliis, precationibus nos, coniuges, liberosq; nostros beneficii magnitudine cumulari, ac tanto auxilio augeri; ut ex faucibus Orci erepti, ac Deo restituti uideamur: cum se ipsos pro nostra incolumitate in uitae mille pericula coniiciant: nostramq; salutem suis commodis, ac rationibus anteponant. Sunt enim innumerabiles illecebrarum species; quas nobis natura genuit: multasq; lubricas uias ostendunt; in quibus insistere sine aliquo pedum lapsu, aut titubatione uitae possumus. Has cum uenustissimarum uirginum faciem prae se ferant; iucundissimarumq; rerum uarietatem praebeant; unaquaque aetas; etsi saluberrimis praeceptis corroborata sit; falsis imaginibus decepta, capi, et ad insania allici potest: cum nihil aliud, quàm Syrenes sint, nauigantes in plenas periculorum syrtes coniicientes. Qui uerò in aliqua custodia, et tanq; in specula collocati sunt, ut fidelium animabus consulant; easq; metu uacuas sua uigilantia, et prouidentia reddant, tam honorifica, atq; illustria agunt; ut à maximorum operum perfectione non absint: nec tanta est praemiorum magnitudo; quibus se non dignissimos ostendant. Et hic uenerandus Antistes; cuius, solio insidentis, in hac sacra basilica uestis puniceae fulgor oculorum aciem perstringit, honorum insignibus decorandus est; qui in Orbe terrarum maximi sunt, de republica christiana optime meritis, Praesulibus tradi solitis. In cuius uirtute, et integritate dioecesis Cenetensis tota conquieuit: cum illa a Sixto V. Pontifice maximo ipsius custodiae demandata sit; ut hominum saluti curam haberet: et daret operam, ut si diuinis institutis minus inhaerent, a recto q; tramite aberrarent; uiam, in quam ingrederentur, praemonstraret, faces eisdem ad pietatem, religionemq; anteferens. Propterea, cum eos saepe inuisat; nullumq; tempus ad sancta dogmata hortandi omittat; ut debitas in iis partes compleant; totoq; animo ad recta opera incumbant; haec illius sanctissima actionum ratio amplissimis laudibus extollenda est: maioriq; encomio Sixti Quinti Pontificis iudicium comprobandum; qui eundem

Hac

hac dignitate, atq; honore auxit: cuius quidem incremento, atq; amplificatione Mottensibus est, cur Cenetensi dioecesi subiecti maxime lætentur. Et cum non inutile ducat; qui mores, et qua uiuendi ratio sit; an uoluptatibus pessundati cives per inertiam ætatem agant; an ab iis emerserint; seq; ad bonam frugem receperint; in hoc magnam sapientiam adhibet, eandem in omnibus constituendis sibi ducem statuens. Nec id a sanctissimorum patrum institutis alienum est; qui populorum salutem carissimam ducentes, consentientibus sensibus statuerunt; ut certis, constitutisq; temporibus, qui in Ecclesiastico honoris gradu locati essent, animabus inuigilantes, populos suos inuiserent; ne uisitationis intermissione boni prauorum consuetudinem inirent; ne inde mali aliquid oriretur: sacri profanis corrumperentur; et inquinati sexcentis uitiis deformarentur. At ne aliquis plenus detrimenti nunc simplices populorum mentes occuparet; quo ne ullam dedecoris maculam susciperent, a piis ductoribus prouisum fuit; a quibus die noctuq; inuigilantibus ante hoc tempus hæc sacra puppis gubernata est. Et quemadmodum patres seueri filios, cum in iis errorem, et insitia aliqua animaduersa est, per angustiarum tramites eunes increpant, ac docent; quo facilior, tutiorq; uia sit ad iuuentutis decus deferendum; non secus illi, diuina sapientia præditi, in uiros, fratresq; aberrantes acri reprehensione inuecti sunt, et per rectas semitas deduxerunt, ut ad cœli apicem; cum huius usura lucis perfuncti essent, deuolare possent. Hæc Michaelis Turriani, inter S. R. Ecclesiæ Cardinalis relati, memoria celebranda est: qui in hoc episcopali munere ita se gessit; ut in eius prudentia tota hæc dioecesis conquieuerit: qui eandem uigili cura administrans, ingenua mente, et synceritate plenus omnibus sanctimoniæ exemplum fuit; dignusq; ut unusquisque illius uestigia præsenti quoque tempore obseruando, atq; imitando persequatur. Qui in iuuentutis flore ex iucundissima libertate in gratam seruitutem redigi uoluit, summis Pontificibus, in quibus repositam spem habebat, diutuvndam, atq; assiduam operam nauans; ut nihil uacui temporis ad illis obsequendum, sibi reliquerit. Postremò autem, ubi multis ne-

gociis, et curationibus profuit, legationumq; munera apud multos terrarum Principes cum diligentia, gratiaq; sustinuit; naturæ, et mortalitatis conditioni satisfaciens, diem suum Venetiis cum omnium Venetorum moerore tranquillissimum obiit. Dolor autem, ex illorum obitu susceptus, qui in amplissimum ordinem S. R. Ecclesiæ Cardinalium tunc recepti erant, paulum intermittitur; si optimorum non dissimillimi cum iis, qui naturæ fatum executi sunt, iure optimo conferri possint. Sed nullum alium video, qui studiorum, et naturæ similitudinem maiorem hoc sacro Antistite habeat: quem ob singularem, eximiamq; doctrinam multi Orbis terræ Principes sic in oculis ferunt; ut nihil eius amore, et observantia in ipsorum voluntate flagrantius reperiatur. Non enim ignorant; ubi primum adolevit, ingenio præstantem non se inertiæ corrumpendum dedisse; sed ad bonarum litterarum studia se contulisse, et dicendi gloria omnes anteisse. Cum verò in adolescentiæ limen peruênit, per omnium scientiarum viridarium expatiatus est; et illarum amore raptum ad verum contemplationem Archimedi similem fuisse, crediderim; qui, dum scriptioni intentus fuit, patriam ab hostibus captam minime sensit. Hic eundem a Socrate distingerem; qui ingenium in litteris consumpsit: suum verò sic exercuit; ut de rebus naturalibus Venetiis publice conclusiones sustinuerit. Ex quibus perspici poterat se in philosophorum disciplina constituisse; ut res occultas, et ab ipsa natura involutas, non ignoraret: quarum cognitione adhibita consuetudinem, et ad animi delectationem nullum melius a deo immortali manus datum fuit. Et si olim in iis, qui de rebus naturæ scripserunt, plurimum industriæ fuisse dicitur, quem edidit, liber, non minori ingenio esse existatur, quàm Carneades, Xenophon, Plato; cum eorum authoritate, et scientia inniti, et quasi delitescere voluerit. Non in his tamen ætatem conterere existimavit, ut magnam partem iis honestiorum

artium

artium studiis non concederet; per quæ non solum nosmet ipsos noscimus; sed ad Deum propius accedimus; et per quæ veram sapientiam acquirimus, ad veram, sanctamq; religionem nos deducentem. Hanc is acri ingenio præditus in florentissimis totius orbis gymnasiis complexus est: eandemq; omnium artium doctissimi professores illi tradiderunt, summum bonum in scrutandis, et sanctis revolvendis scripturis collocanti; ac scienti, in iis nostræ veræ felicitatis, e cœlo orirendæ, cunabula posita esse. Illi præterea doctrinæ, qua expolitur humanitas; et quæ, vera dignitate, et honestate, homines ob suam rarietatem ornans, admirationem affert, diligentem operam dedit: in eaq; tantos progressus habuit; ut eloquentia præstans cum antiquis oratoribus comparari possit: quorum tantum ingenii flumen fuit; tanta dicendi, et scribendi vis; ut in amplissimo dignitatis gradu eos collocaverit. Is, sive de naturæ rebus, sive de divina philosophia; sive in publico; sive in privato loco; sive coram populo; sive in senatorio ordine; sive in templo orat, aut docet; sive monet, sic sui animi sensum explicat; ut, quocunque velit, eos impellat. Quæ quidem dicendi vis à Græcis, et Romanis semper in summo honore fuit: qua multi Lycurgi, multi Solones, multi Fabricii, et Scipiones excelluerunt. Et si quid literis mandandis complecti velit, magno cum oratoris ornamento unumquodque exarat: tantaq; cum elegantia, ut nihil nitidius, nihil purius, nihilq; venustius explicari possit. In quo, si orandi se occasiones offerunt; Lysiæ subtilitas, Isocratis suavitas, visq; Demosthenis animadvertitur: sive de pietate, et religione verba facit; sive in sacra basilica, ut dixi, facinorosos increpat; et aberrantes in viam ducit. Quibus quidem meritis tantum illi Sixtus V. Pontifex maximus tribuit; quantum omni doctrina clarissimo viro Mecœnas aliquis rei literariæ studioso, ac [illegible] tribuere debet: et christiana charitate illum in filii loco diligens, optimum duxit; si eundem aliquo dignitatis incremento augeret, suæ erga ipsum benevolentiæ, et voluntatis obsidis. Hunc propterea inter eximia virtute et probitate præditos retulit; qui in maximis rebus assidebam illi operam navabant: suisq; erant à cubiculo. Nullamq; honestiorem conditionem video; quàm inter totius Italiæ iuventutis florem, ad honestissimas artes incumbentis, connumerari: et ad nutum, arbitriumq; Pontificis vivere: qui bini Petri vices gerens totius orbis terræ regimen, ac patrocinium habet. Quem, cum in

eius uirtutem, et proclavissima merita animum intenderet, sua auctoritate ornavit: et, quibus insignitus est, honorum titulis auxit; amplissimum illi campum probens, in quo eadem uirtus excurreret. Caeta enim, scriptorum monumentis commendata, illustris est, et cum uetervm memoriis contendit: sed cum illius sceptro subiecta sit; maius, legibus moderata, pietatis, et honestentis iura intuentibus, ornamentum refert. Nec a iusti specie delabi existimandum est: cum ab eo ipsa leges ferantur; qui magna animi syncevitate, et sapientia praeditus est: quam Sixtus V. Pontifex maximus animo cum perspiceret; hanc cogitationem suscepit; ut christiano reipublicae adiumento futura esset. Vtile itaque putavit; si, qui ex litterarum studiis, et multarum rerum usu encomia consecutus fuit; in arduum illum experiretur. In Galliam eum ideo legavit; ubi magni animorum motus fact erant; multaq; turbulenta, regni perniciem minitantia, suborta uidebantur: cum in illo temporis puncto Henricus iii Rex Galliae uitam cum morte commutâsset: et Navarra Rex Parisios magna manu obsideret: et uaria tormentorum copia, apparatuq; bellico oppugnaret. Ad quos gentium animos, ad seditionem incitatos placandos, ac mitigandos hunc ipsum misit: qui tanto est ingenii acumine; tantaq; dicendi uis, atq; copia; ut suis amplissimis eloquentiae splendoribus uniuscuiusque, cum attentione aures probentis, ingenium perstringere possit. In tot autem rerum difficultatibus illius uirtus in eo regno plurimum illuxit: quod tanta est incolarum multitudine, diuitiarum segete florentium; et generis antiquitate, et nobilitate praestantium; ut uix animo, necdum oratione aliquis complecti possit. Vbi tot Comites, tot Demarchi, tot Reguli, tot Principes uitent; ut splendore uestium oculos omnium cocutiant. Vbi tot uiri re litteraria, et bellica praeclarissimi, à titulisq; et oppidorum iurisdictione decus delatentes commorantur; ut, siue equis, siue uehiculis, uhedisq; ducantur; nihil uia, nihil fori, licet innumerabiles suo spacio comprehendat, uacui, inanisq; relinquatur. Vbi denique Rex ipse christiana mente, et casta religione praeditus, sedem, ac domicilium habet, in tanta dignitate, et tam sublimi loco positus; ut inter omnes regia maiestate clarissimos principatum teneat. quam quidem legationem magna cum uirtute, et gratia sustinuit: ad persuadendumq; concinnus, ac perfectus fuit; siue

cum

~~Sine~~ cum Parisiensibus orationem habebat; quos obsidione cinctos spe maioris præsidii confirmabat; et hortabatur; ut fouerunt succumberent; et eiusdem calamitatem sustinerent; siue cum ipso Nauarræo Rege in colloquium veniebat: cuius gratiam aucupari sciebat, in suamq; sententiam traducere: non ignorans etiam illius duces, et rei militaris imperatores allicere, et in sui amorem impellere: licet durismoribus, et bellica asperitate essent, in seuero sui animi sensu persistere solit. Cum quibus quantum profecerit; quantoq; reipublicæ christianæ adiumento fuerit; spretamq; religionem defenderit, ad sacratissimum Cardinalium collegium nuntiis, famaq; ipsa delatum est, in oculis, ac conspectu omnium exponente; oratoris, ac legati officio perfunctum esse: Principis magnitudinem præstitisse: Antistitis benignitatem, ac pietatem exercuisse: illum denique extitisse; in quo uniuersa Gallicana ecclesia niteretur: et in quo unico Pontifex maximus ipsius Galliæ quietem constitutam habuerit. Qui nullo est periculo deterritus; non magnitudine belli (in quo innumerabiles cadebant) non purpuratorum Antistitum exitio; qui ui fati conditionem occurrunt; non Henrici Regis Galliæ cæde; quæ timore omnium fauces præclusit; non illa annonæ caritate; unde fames dira, ac mortis misera imago unicuique impendere videbatur. Cum uero superioribus mensibus in Italiam reuersus sit; infiniti ex equestri ordine, et senatoria dignitate uiri; et, qui in præsidiis se exercent; ac summo omnium Regi, ac imperanti Deo inseruiunt, Antistites illi gratulati sunt; quòd suæ cum salute, et populorum utilitate legationem obierit: gratulati sunt urbi Romæ; quòd uigilantissimum tutorem, ac propugnatorem in remotissimis hæresi labefactatis Regionibus habuerit: gratulati sunt huic Cenetensi diœcesi; quòd Dominum, ac patronum amplissimum habeat: tantaq; nominis celebritate; ut ipsa quoque suum nomen per longinquas orbis oras extendat. Hunc itaque de rep.ca christiana bene, ac optime meritum, ouantem, ac triumphantem, magna cum lætitiæ significatione ipsa Cenetensis ditio excepit: et suum custodem, ac defensorem recognouit, et obligationis uinculo obstrictæ omni officii, ac obseruantiæ genere complexa est. quem illius incolæ tubarum clangore in sacras ædes comitati sunt, Apostolici legati insignia obtinentem; hoc quidem gaudium ignis iactatione, et cereis ardentibus tædis, in turribus affixis, demonstrantes. Qui Romæ etiam rara animi iucunditate perspectus est, quòd Parisiensibus, et totius Galliæ populis uerâm religionem a falsis prophetis turbatam confirmauerit. Venetiis denique illustres

dignitate patritii singulari uirtute ciuem, et excelsum in luce suo
rum omnium conspexerunt. Vbi Mocenicorum familia lectissimorum
uirorum copia floret: ubi illa magna nominis celebritate in omnium
praedicatione uersatur: ubi bonis animi, et fortunae subiectis non mun-
quam circumfluxit. Propterea illius propè Heroes in aedificiis erigen
dis animi magnificentiam, et pietatem adhibuerunt; dum prospicio res
sacras aedes, et multa alia dignitatis, et splendoris plena, ad urbis decus
spectantia aedificarûnt. Si uerò illis prouinciae decretae sunt; in illa-
rum administratione non modò hominum opiniones uicerunt; sed ip-
sam gloriam superarûnt, animo, et consilio ad omnia assidue parati,
quae in sua republica prouidenda fuerunt: et uelut quirites, qui sella
curuli trahebantur, magistratus maximos inierunt; antiquorum imagi-
nes sibi ante oculos statuentes, ad posteritatis memoriam excitandâ
sit uirtute excellentes, ut Senatorum omnium uoluntates allicuerint; il-
lorumq; studia tanta habuerint, quanta a uiris, satiatis honoribus ha
beri solent: et blandita quaedam, et inuisata suffragiorum officia,
et ornamenta contempserunt: per quae olim a pusilli animi hominibus
ad alteriorem locum ascensum est. Hinc praeclarissimis meritis Thomas Mo
cenicus supremam dignitatem obtinuit: huicq; Venetiarum in aedifi-
li cum Senatorum consensu, et asseueratione factus est. quod munus om
nium clarissimum magna cum laude gessit: et cum decennium Imperii
sceptrum obtinuerit, reipublicae suae magno fuit adminiculo: cuius
fides quia experta, et probata fuit; non ex alia familia delectus fu
it; qui illi succederet. Iccirco Petrus Mocenicus caeteris uiris pru-
denciae antecellens, iisdem honoribus insignitus est; quibus patruus;
ut, quem affinitate attingebat, uirtute etiam illi iungeretur. Ad quo
etiam tanto dignitatis successit Joannes frater; uti a patribus facul
tatum omnium filii haeredes fiunt, relictus est: qui principatum ne
mini infidele, ac sapientia gessit; quàm demortuus germanus; in cuius lo
cum suffectus est: eiusq; singulare consilium in turbulentis, ac miser-
rimis temporibus; et praecipua in bello aduersus Herculem Estensem Fer
rariae Ducem gesto perspectum est. quid? Ex hac familia Lucum

propagatrice tot Principes exierunt; quot ex equo Troiano bellatores. Nam et Aloysius Mocenicus in solio cœnu enituit: cuius opprobeuxu... consilium in rebus suscipiendis, in conficiendis autem celeritas eo tempore visa fuit; quo Turcarum Imperator in Cypri insulam cum innumerabili militum copia irruit: et Salamina obsedit: nec in apertissimis solùm campis terrestri exercitu christianos uexare contentus fuit; sed mari quoque illis exitium minatus est: sibiq; in impium animum induxit; ut maritimas uniuersas urbes expugnaret. Constructa ideo classe in Christi fideles inuectus est: qui à nostris ductibus, partim in profundo mari diuutis, partim immersis, partimq; captis triremibus, cum omnium suorum, quorum magna copia erat, interitu, et nece abactus, et uictus est: nec sine dedecoris macula, et perpetuæ tantæ cladis recordatione, doloris impatientia ad quascunque potuit, eis conditiones deuenire coactus fuit. Quæ omnia authore, et suasore Aloysio Mocenico Principe facta sunt. Quid, si illius uirtutem, et animi altitudinem commemorem; quam eo tempore ostendit; quo Henricus iii Galliæ Rex è Sarmatia Venetias peruênit. Nemo sic ignauus, ut nesciat; cum liberalitatis magnificentia, et rara quadam animi iucunditate, et maiestate illum corona regia diffulgentem senatorii ordinis magno cum applausu, totaq; reip. ca. gaudio exultante, ac triumphante, in altissima, auro emicantia, et luxu splendida domicilia recepisse. Cum autem illius aduentus appropinquare putabatur; quot cymbæ, quot triremes, quot nauiculæ illum in ciuitatem ingredientem prosecutæ sunt! quot musici tunc cantus; quot tibiæ, lyræq; soni; quot tympanorum strepitus aures hominum irrepsêrunt! quot sacra in turribus æra resonuerunt! quot a gentes multitudine, quæ Venetias è finitimis, exteris q; regionibus confluxerat, applausus, gaudiaq; excitata sunt! Regiam amplitudinem, et liberalitatis magnificentiam Aloysii Mocenici oratione complexus sum; sic ad cœlum manibus sublatis in hoc religiosorum uirorum delubro deum opt.m max.m precari mihi fas est; ut, quemadmodum tot

Heroas, ex hac familia oriundos, ad dignitatum fastigia euexit; hunc Antistitem, ex eâdem oriundum ducentem, honoribus augere; et in amplissimum purpuratorum patrum ordinem referre uelit. Hoc enim, quo mihi se obtulit, illum ornandi occasio, alios incitabit; ut eum omni obseruantiæ genere prosequantur; et me, ut hos populos eodem remisenti, promptiore, ac latiore dicendi stylo totius orbis terræ, et christiani generis procurationem augurer.

Ad eundem
ode.

Ceu, dum frondiferum per nemus arbutos
quærens, terrificas intonuit fauces,
Est gratus pecori pastor; ut impotens
Illud præsidio tegat;

Sic, cuius decorat tempora, amabilem
Candorem referens insula; gentibus
Lapsis negritiâ, gratus in hospita
Est hic saxa adeuntibus:

Quîs sic inuigilat; sæuitiâ ut lupi hos,
Emersi a stygiis faucibus, arceat:
Hæreticæ, dei legibus optimi
Almo robore fulciat.

Lætantur populi; dum proceres sibi
Sanctos consulere, et perspicuæ opem
Ferre; ut se niteris cœtibus inserant
Cœli, gloria quos beat.

Eia

Eia ergo fidibus dic, Polyhymnia;
Postquam Iuliacum Tarvisio solo
Mutâsti: atq; opibus non animo abnuis
Claris degere in urbibus.

Heroa hunc titulis, atq; curulibus
Scelcis conspicuum lumine suspicit;
Prodentem facie regificum decus
Quisquis nervibus euehit.

Annis a tenevis in studio abolitus
Docto Palladis; atq; eloquio excitus
Excepit calamo plura; negotiis
Dulce et prostulit otium.

Et tantum Sophiae sub penetralia
Cessit; perpetuo ut nomine adiuerit;
Quà praeceps Rhodanus, quà Tanais, citaq;
Hermus gurgite labitur.

Quem cum Romuleus perspiceret parens
Sixtus nobilibus dotibus ingeni
Ornatum, in solio nixus eburneo
Sacris auxit honoribus.

Praefectum Cenetae constituit; viam
Per rectam ut populos duceret; et pijs
Formaret monitis. Inclyta cernitur
Virtus rebus in arduis.

Hunc, cum barbaricis facta securibus

Cædes dira foret; Martis et agmina
Sæuirent, triplici Lutetiam secans
Quà cuvvit Sena gurgite;

Regis Nauarræ ut cerneret impetum;
Hostem in finitimum qui exacuit feros
Enses; eloquio ut redderet ivvitos;
Oras misit ad exteras.

Qui cum longa uiæ incommoda, bellaq;
Pallentemq; famem, et frigora temneret;
Diuino ueluti numine concitus,
Se iussa ad loca contulit.

Visa est dexteritas; robur in hostium
Vincendo: vigili curaq; pectore
Innixa est; adeo sollicitudine
Insomnis stetit obrutus.

Lapsas exitio res ibi in ordinem
Duxit consilio: cordaq; mitia
Fecit mille modis; quîs potis est feras
Lenes reddere martias;

Siue in colloquium fascibus inclyto,
Vênit Nauariæ cum Duce; regiis
Seu cum Lutetiæ Principibus; fides,
Quosq; esset pia Charites.

Mox gressum retulit Parisiis; ubi
Est clarus featuris uisus, et aveubus
Constructis patulis fovnicibus. Probæ

Rerum

Rerum occasio numeros.

Beatus grata ferat Præsulis oscula
Urbs; avis vigilat cujus; et artibus
Hunc Musæ decorêt. Promicat hîc sacris
Mocenicus in ædibus.

Eiusdem Russii de Gello in Jovinuliensi

Regione gesta diversa poemata:

eiusdemq; oratio ad Ill.mum Antonium

Grimanum, Palmae Prae-

fectum.

AD SERENISSIMVM ANTONIVM
PRIVLVM VENETIARVM PRIN-
CIPEM, de Illustrissimo An-
tonio GRIMANO Palma
Suasceto ode.

In igne ut aurum, maxima Principum
Probanda virtus non leuibus viri
Fulsere prisci; nî indicauisset
Romulea sua facta gentis.
Ignotus ullis non labor Herculis;
Res Marte, Musis, clara & Vlyssea
Oeuum perenne in posterorum
Pectoribus posuere laudis.
Cui cingite tradens quod statuit suum,
PRINCEPS, refulget qui in solio optimus;
Comis et decorus iura sanciet;
Consilio Venetos regat.
Cruore sparso Cosuis in Fouo
A fraudulentis quod fuit hostibus
Nox excitatum, in bello honestas
Clauis animi patefecit artes.
Struxere cohortes ore ubi fulgidas
Dux militauis: Heleidesq uti
Ex ore fundens uerba easdem
Exacuit monitis ad arma.
Palma imperantem tunc stupuit grauem
Annis GRIMANVM uebus in arduis,
Vium saluti consulentem,
Nocte, dieq animo excubantem;

Vt Barbarorum vellicaret minas,
Dive vicinum Iuliacum in solum;
Ac gestientum; si insueta
Hesperiam quaererent, furina.

Ex urbe cedit, munere publico
Functus, triumphis latus ac weheza.
Testes secures, quas vetudit,
Ceretones subiisse poenas.

Hunc, cuius ingens gloria nominis
Ovas per omnes se uehit Ioubas,
Throno coruscans DVX, PRIVIVS
Excipiet meritis celebrem.

Sic a Senatu amplexus in aurea est
Aula GRIMMERVS; marmore claditur
Cuius cadauer; nobilis pavsq;
Ante Deum fruitur quiete.

Bis octo ab annis sede qui in inclyta
Edicta promulgauit; et vigens
Regale sceptrum dextra, habenis
Iustitiæ est moderatus urbes.

Quis non sui non dissimilem appetit?
Odit, Achilles non Priamum; Hectoris
Dum cessit illi corpus; etsi
Se gladiis premerent uicissim.

Maiore sceptro quò mage prænitent,
Inter se inhærent plus animis. DVCEM
Quis DVX amore haud intuetur?
Quisue pares renuit parentes?

Non liuor extat, nil uitii aruo

In

In constitutis imperio dominet
Mens alta, et supra genus erecta
Fert uoluere generosa penna.

Salue, GRIMANE, è sceptrate Lyncæum
Ducens genus: te sistet in aurea
Secum PRIVLVS sede; ut hunc post
In solio statuat regni.

Fas, hunc honorem semideis dari
Virtute clauis non alium dabant
Olim quiuites. quem triumphi
Non titulis celebrem fatigant?

Hunc laudis ictum Miltiades Duci
Iniecit aeui: duxit ubi integram
Noctem absque somno: palma et ergo
Per mediam est spatiatus urbem.

Fert nil GRIMANVS, cui a teneris sedit
Apollo sertum, in pectore nouum.
Hunc uersu honorant quisque uates:
DVXQ. uale, nouus echo in antris.

AD SERENISSIMAM VRBEM
VENETAM de Ill.mo ANTO-
NIO GRIMANO Pa-
tre Patriæ

Salue Dominos orbis
Vrbe in regina
Fausto condidit
Regni imperiumque

Tantum et supra alias caput
Vrbes euehere, inter calamos uehunt
Montes quantum apices, dedit;
Die Clio; litui cur resonent, manu
Aeui pulsati tympana:
Ad coelum et iacient sulphureas faces;
Ignes et tabulis nigris
In nocte admoueant cum strepitu uiri?
Ducenti è polo originem,
Fandi difficilis non tibi copia;
Dum condis memorabili
Imo in corde, libens quod tibis auribus.

Clio. quisque ut Priamidem rei senem
Helidem, et celebrem Iouis Agamemnona
Regno, et stemmate maiorum:
Et clauos Aeaci pectore gestiens
A delixere periculis;
Troias, Graiugenos auxit honoribus.
Plaudit, sceptra PAIVIO ita
Tollenti manibus; pectore gaudia
Fundit, inclyta ciuibus
Implens aera quae consonet concitat
Exultum sonitum ignibus.
Sed clarum tuentibus alens, media et foro
Applausus resonans dator
Innixa solio Principis eburneo;
Laeto uocis honor gregue,
Gentis pompa, melosq; Aonidum manet
GRIMANVM; ad gaudia faces
Cum uestigia dant, munera publico
Funetus. Palma ubi praesidio
Facris egregijs nomen et eruditi

Vt Mars

Regione rei militaris
Imperatorem, et Ve:
neta Reip. Pro:
curatorem.

Ceu Iouis, est Regum terra in regione tribunal.
Gracis(q; Atrides Rex Iouis instar erat.

Dii sancta tremuerunt maiestate Tonantis;
Atridæ iussu conticuere uiri.
Non aliter Macedo fas meminisse priorum,
Supplice pugnantes se statuere genu.
Plusq; ut habent Veneti, quàm quo se Stiria iactat;
Vicit ita Lie, Stiria quos habet ora, Duces.
Vnius imperio sumpsêre arma cohortes;
Vnius et nutu deposuêre eadem.
Curarint patria res Procurator in urbe:
Seq; ducem gessit militibus vigilem.
Omnes consilio iuuit; seu mersit in undis
Sol ruitans, madidos extulit aut bigas.
In bello profecit tantum; ut quisque putâuit
Diuum, non hominem præuertisse sibi;

In Illustrium Virorum
BAROCIVM in ciuitate Fori
Iulij rei militaris Præ-
torem

Ediderat sonitum uix Marcus ære canoro;
Excierat q; Italos ad fera bella Duces;
Quà Veneti extulerant vorantia sanguine signa;
Pugna et Iuliadûm presserat ora furor;
Est cum BAROCIVS patrio digressus ab Orbe;
Firmauit q; citos Iulij in urbe pedes.
Iulius haud aliter; cum nouit corda moueri
Gallorum; celeris terga pressit equi;
Quà uis illorum fuerat commota; quiritum
Cum nollent leges; æquaq; ferre iuga.

Cæ-

Cæsaris at iussis ut sunt parere coacti;
Sic tradet Venetis dira Gradisca manus.
In solio dantis ius fœnum Roma momordit:
BAROCIO Teuto fleebet utrumque genu.

DE SERENISSIMO CAROLO EMANVELE, SABAVDIÆ DVCE, et Pedemonti= um PRINCIPE.

Bella gerit CAROLVS; uexavi Marte doleti
Iuliadas; Teuto quos fœvus ense fremit.
Hos pius optaret seruare a cuspide teli:
Vt sanctam seruet sindona ab interitu.
Casibus humanis bene stat pietate mederi:
Curare est melius sed simulacra dei.
Iulia Gens DVCI agit grates, et semper habebit;
Antiqua patriæ quòd gemat exitio.
Antiqua ille est Davidis de stirpe creatus:
Hoc gens a prisco Cæsare nomen habet.
Par sibi amat similem. Pedemontûm uiuat in orbe
Princeps: dum coelum sidera fulua geret.
Cum Venetis iunctus ponatq; insignia regni;
Quà præceps Ister, Nilus et arua rigat.
Illis Principibus subiectos soecla manebunt
Aurea. Plaudebit quisquis, ioq; canet.

In Illustris.um et Reuerendis.um ... PRIVLVM S.R.E. Cardinalem.

Cuique suum natura dedit sectare; suetis
Nec potis a coeptis est remouere gradum.
Hic pietate grauis natus de gente Piusa
Roma Pontificum dogmata sancta colit.
In Regione Pater Iulua est castra secutus:
Mars ubi terribilis ferueze bella sinit.
Filius ornatus titulis diffulget in ost[illegible]:
Cui flauos crines rubra tiara tegit.
Est vigido Genitor mentitus pectora ferro:
Cui somnos abigunt tympana pulsa manu.
Purpureo hic Procerum cum coetu ascendit ad aulam
Regis, Petri almi qui sedet in solio.
Dux Genitor factus sibus moderatur habenis
Gentes iustitiae; et, clans pia iura, beat.
A Musa clarus meritis celebratur utrque.
Famaq; perpetuo viuere utrunque, dabit.

In Illustris. Paulum
Contarenum Ciuita-
tis Fori Iulij Pra-
torem[illegible]

Maximi erant Equites, Rheni Comitesq; Ducesq;
Quos Contarenos nomine quisque uocat.
Hos Rheni in ripa uiridanti Russia cernens;
Sedem ubi diuitijs conspicienda tenet;
Haec loca, ait, domibus Venetis mutate: feretis

Praemia

Præmia uirtutis, maius ibiq; decus.
Iamq; colunt urbem Venetam, decorantq; Senatum;
In magna populos dum ditione regunt.
Non ideo minus; hic studium si ponit in arte
Socratica: dignum laudeq; adurget opus.
Illustrisq; auis si curat Cæsaris urbem:
Consulit ac illi; ut Mars regia arma furens.
Si sapit; huic flauentes dum sanguine malæ
Sunt teneræ; quæ spes, cum geret ista senex.

In Illustris.um Aloysium Bra-
gadenum, in Ciuitate Fori
Julij rei militaris Præ-
torem.

Belli signa dabat tubicen fœuus ære canoro,
Emittens spumas ore fremebat equus;
Ac vigilus Mauors, thorace indutus aheno,
Sternebat diro uulnere Iuliadas;
Princeps cum a Veneto Bragadenus missus in urbem
Cæsaris est; misero ut ferret opem patriæ.
Sed cum uix ensem latere præcinxit; et altis
Prodiit è tectis; attigit atq; forum;
Cessauêre aures populi clangore tubarum
Vexavi; matres atq; pauore premi.
Deposuit gladium rorantem sanguine miles:
Atq; olea nituit pax rediuita comas.
Hanc tulit, insignis sophia, Bragadenus in urbem,
Cui uitam acceptam quisque referre hominum.

In eundem.

Quo magnanimis animi pura est; magetendit ad alma;
Seq; pie factis, auvum ut in igne, probat.

Est Bragadenus vestanetas operatus in urbe
Cæsaris: atq;illine laurea serta tulit.

Auertit bellum, cædes Martisq; euenetas;
Et nobis pacis dona beata dedit:

Nec satis hoc duxit: nigro mox eruit ouco
Turcæ animam: dignam reddidit atq; polo;

Dum sacro maculas Othomanas fonte sacerdos
Abluit: huic Christi nomen et imsevuit.

Thrax erat; est Italus: Satanæ se addixevat; æthræ
Se addixit Regi, sedem habituvus ibi.

Juliadæ in terris, Superi lætantur Olympo.
Tanti operis laudem sed Bragadenus habet.

Astitit: hunc scythicos docuit dedisceve mores;
Imbibere et veri dogmata sancta dei.

Sumeret atq; nouam vestem, exueretq; uetustam,
Jussit; homoq; ueterus iuniov ut fieret.

In Illustris. Laurentium
Justinianum in Foroiu-
liensi Regione rei
militaris Præ-
fectum.

Romulidis sanxit leges; illasq; per ora
Omnigenûm uoluit Justinianus agi.

Editus est alius, referens cognomen ab ipso;
Non se alia in populos gui ratione gerit.

Inter

Inter tela, acies gladio, clypeoq; refulgens,
Pro Venetis statuit, quas Deus aequa probat.
Elogium Graecos Thoracum monuit in agmen
Hector; pro patria hic dulce perire, docet;
Leges et dat, ut opprobrio aneteferatur honestum;
Quod contra Poenos Regulus est tutus.
Roma decus; Carthago probrum, hoc moriente, subiuit;
Viuente hoc, Venetus dux bona quaque refert.

Ad Illustrissimum Camillum Trauisa-
num, Illyricae Cohortis
Praefectum.

Illyrium valeat; cur tot produxit in annos
Belligeros; tutes quot Timolus altus habet.
Corpore qui fortes sunt: sed et gessere fideles;
Dum pro Principibus fata adiere suis.
His Heros, peperit quem Trauisana propago,
Praefuit: his iussit ferreq; ab hoste decus.
Quo non est alius ducter praestantior, ensem
Dextera agitare manu, ac vulnera fevre vivis.
Adfuit hic pugnis: caporeti insignia fixit:
Pro cara patria non timuitq; mori.
Qui, licet a Parcis inuisus finiet aevum
Ante senectutem; nomine exit celebris:
Atq; potens Marte extinguetur tempore nullo:
Invadere cui maius diu potuere nihil.

In Illustrissimum Danielem
Gradenicum in Civita-
te Fori Julij rei mili-
tavis Praetorem ode.

Obducta auorum in pectore uulnera
Patres quiritum ad fortia prælia
Recentiores excitabant:
Inde animi decus ut referrent;

Nullum decorum, se dare inertiæ
Domi, putantes. Blanditiæ Duces,
Quem gaudeg gredi Marte, assuetos,
A celebri retrahunt triumpho.

Subiecta divis Roma securibus
Poeni reuixit; fractus ubi Hannibal
Luxu, cohortes, mente passus
Est, Capuæ a Venere obsideri.

Victoriæ ad finem hic stabilirit gradus;
Hoc nititur: pro nomineq; hunc tenet:
Sol sine in aleo mergat; aut si
Extrahat Oceano quadrigas.

Rosa in uenusta, ac mille legoribus
Perfusus ora, ac pectus odoribus,
In patria urbe haud triuit hovas,
Splendor ubi est, Charitum et recessus;

Sed se periclis obiicrens, tubis
Acer dat aures: cursa et adoreæ
Contemnit enses: prodigusq;
Vitæ agit hinc Gradenicus hostem.

Dum condit arces uertice montium:
Et uellit illinc saxa ligonibus:
Muros q; prisca Ciuitatis
Calce struens solidat labantes.

Grata

Grata esse sæcla, eo quibus nege otia?
Fauta quæ clinxerunt aras oppidum,
Juga alpium transgressi, in sagro
Romuli dum possuere Gallia solo.

Verum metuas nil patriæ tuis.
Sæcula muly haud gestiunt Cæse;
Stirps iuniorum antiquiores
Si parentes imitetur actus.

Cessere Galli Cæsaris igniger;
Maurique gentis qui nabis memor
Cognomen esse iussit, illud
Sibi suum retinere nomen.

Sic Roma floret nomine Romuli;
Urbs hæc coruscat nomine Julij:
At matri Rhoside, atq;
Est Veneto celebris senatu,

Genus trahente a Romulidis. Toga ii
Fulsere, et aeris Palladis artibus;
Scientijs clari, atq; bello hi
Arcta loca insiliere honoris.

Hic iste tendit doctibus ingêni, et
Achillis hasta, a biis posito gradu:
Alcmena ita ortus monstra adiuit;
Fama obitum vigilansq; uicit.

Fevisq; robur non minus, ac uiris
Est. Ecce pandens ora leo vugit:
Curretq; mox per vura, et agros;
Per medias q; animosus urbes.

Scelensq; in eius tergore, defecerc[illegible]
Lancem, et secures Iustitiæ; nefas
Quèis gerentantes plebei, omnis
Oppidis Gradivicus ultor.

Ceu Creta cecinit centum urbibus inclytum
Regnum, Forum amplum Cæsaris, Italis
Provincijs ac præferetur;
Dives agri, titulisq; notum.

Pax emicabit; pulsa furoribus,
Quæ ad regna fugit Divum poli arcana,
Placata in oram tamen redibit
Vultu hilari, conspicua gemmis.

Raptum pudorem non sibi ab impia
Latrone virgo clausa cubiculo
Flebit, nec ullum Musa alumnum,
Ante diem rigido ense, Phœbus.

Abducta uafro an Phasis Iasone;
Ab imprudenti et Tyndaridis hospite;
A Theseo et Minois, unguam
Scissa comas gemet ante vulgus?

Non tot Dynastæ, et Reguli in urbibus,
Fomenta luxus, dedecoris, necis.
Labore quærant victum, Honores.
Laudis inops iacet otiosus.

In Illustris. um Incolarum Con=
tarenum, Miliani rei
militaris Præfectum.

Quæ loca sunt nullo muro, nullo aggere cincta,
Se in melius referunt, magno habitata duce.

Ma=

Madritum ex pago Regis presentia in ovis
Hispanis vrbs est; fert et ad astra caput:
Splendore illustrès et sic supereminet urbes;
Vt turres inopum tecta, adoperta situ.
Est positum fausto Mirianum sidere; dum fit
Marius, nobilius, Principe Fœcoeno
Cuique die, ac noctu, nullo prohibente, pasebat;
Nunc nullo septum tutius hospes habet.
Militibus, auctam praeclara a gente tenetur;
A Marte, a Musis quam deus omnis refert.
Sic Mirianæ urbs dotine toto celebratur orbe,
Contarenî opera maxima Iuliadûm.

In Illustris.um Antonium BARBA-
RVM, in Forojuliensi Regione
rei militaris Imperatorem.

Barbaries impexa comas, oculosq; retortos
Plena minis, macie luridaq; obstrepuit.
In sanguineas faces, in dextra gessit et arma:
Igne domos ussit; sustulit ense viros.
Sev Venetûm vero est dum compita concita gressu;
Huic teda, ferro huic maxima damna tulit.
Sed, quod plus sceleris, divûm provupit in ædes
Heu facinus! vestes, vasa sacra et rapuit.
BARBARVS; haud tolerans incendia, furta, necesq;
Irvsit in obstantem fortia tela manu:
BARBARVS; in dextra qui fert insignia Divi
Marci: Marte potens protegit et patriam.
Pressa metu at præceps in rupes iuit, et antra;
Crus fracta, et collum Tartara regna adijt.
Impius hanc mortem portitur. BARBARVS at sic
Gaudeat: hunc Musa carmine ad astra vehunt.

In Illustris.um Vincentium
Gussonum in Veneto.
exercita oratio:

Est senior Nestor Troianum flectus in hostem
Eloquio Grades fervet ut auxilium.
A Venetis iuuenis Gussonus missus in eram
Haneavit ad bellum; hic consulere patria.
Balelasar hunc Heros, regionibus ortus Iberis,
Miratur; docco si quid ab ore refert.
Vrq; a Adelaide est annis suggeratus; eundem
Sic Sophia rineit; laudis ut urget opus.
Canitiem ante gravem huic primi mandantur honores:
Corvinas, Nullos Roma ita ad astra tulit.

In eundem

Progenitus Maia; coelestibus excitus alis,
Hac Ioris exegitur nomine; sic memorans.
Bella gerit Teuto bene fultus pectora ferro;
Propositiq; tenax Martis adurget opus.
Alens at in gremio Musae Gussonus, abira
Dimoueat, mitem reddat et eloquio.
Sic placitum diis; ingenij florescat ut almis
Motibus: et teneat, quae scit ab arte sophus.
Et gotis iratos Thraces sit flectere verbis
Sic, ut, quae nolint, omnia sponte gerant.
Hil homini maius Phoebus dedit, ore rotundo
Quam quodcunque logui; corq; tenere virum.
Sic Cicero patriis detrusit moenibus hostem,
In Latio Eneus sceptraq; constituit.
Sic posuit finem bello Gussonius heros.
Accepta huic pacis munera quisque refert. In

In Illustris.um Franciscum Martinengum, Malpagæ Dominum, Fo-
roiuliensis rei militaris
Curam gerentem.

Malpaga, urgentem Dominum si bella uiderес;
Pro Venetis promptum milleq; adire cruces;
Non hominem in terris, alicuem sed sidere lapsum
Asseueres diuum; grauida qui gereret.

Fœturita in Gæos, ac tactos labe Lutheri;
Vt nil monte aliud, quàm pia facta gerat.
Sic recte bellum fit; miles crimine quando
Est procul: è cœlo huic gratia larga fluit.
Sed mage non alios spectant cœlestia dona;
Quàm Martinengo sanguine progenitos.

Quos et opes decorant, et qui tradantur, honores
A Superis homini: quem breuis hora uocat.
Hic hilarem uitam; Dominum mox lumine cernes
Illustrem spoliis. Roma ita lota fuit;
Cum Decios, Rullos, Pompeios, serta gerentes
Esse uita. Heroas clara trophæa manent.

In Illustris.um Joannem Martinengum, Guitate Fori Iu-
lij rei militaris Gubernatorem.

Mons Tuculæ, celsum dum fers per inane cacumen,
Lætitiæ insolitos erue corde modos.
Non eris hirsutis ursis, nec tigribus antrum;
Aut in Teutonicos Arx operosa duces.
Prorupto condit tibi propugnacula dorso

MARTINEGIGVS; agas ut procul omne malum.

Telle metum; custos astat tibi fortis in armis;
Ex alto Mauors quem seuget ipse polo.
Saepius ostendit se alacrem obsidione Gradisca;
Dum murum ascendit; non timuitq; mori.
Sic olim ascensam Capitolia Roma cohortem
Gallorum uidit, pressa timore grauir.
Milite sic fulcum; ac Martinegi era uerentem,
Quis te adeat; dubiam prouocet atq; necem.

In Illustriss.um Franciscum
Exicium, in Forumiulensi
Regione rei bellicæ
Præfectum.

In sicubis ouis tollat pes inane cacumen
Aleus Lyx; mente est altior Exicius;
Præpositus bello a Veneto qui Principe, rectus
Mite socratico, rem in melius redigit:
Seu gladio latus accinctus defenditur in hostem;
Consulit aut patriæ consilio potior;
Dum Mauors sauit; pugna miscetq; furores
Iuliaeis in agris: ac necat ense uiros.
Iustitia ciues Venetos rexit habenis;
Contra Teutonicos nunc gerit arma truces.
Mens hominum superat montes, celeriq; uolatu
Spernit humum: palmam, quò mage celsa, petit.
Præfuit at Palmæ hic; facta ornauit et illam;
Vt tegeret palma floridiore caput.
Fert genus a Musis, Bellona ac Præside Belli;
Exicia et uates stirps, peperitq; duces.
Non mirum; palma si hic cingat tempora, lauro;
Cui uigilus Mars, et doctus Apollo fauet.

In Illustris. Ioannem Basadonnam,
Praetorem Vtinensem.

Per campos, rupes, ac vix accessa per antra
Iuuenum gesserat fessa per ora equus;
Commoda seu patriae curauit plura; rebelles
Seu Glarum ad Gallos haec sibi fecit iter.
Per colles, Tuvri rupes, frontis per vmbras
Dux Basadonna fuit praepete rectus equo;
Cum Marcus hostes in gratia dura coegit:
Quos aeres bello Teutonis ora tulit.
Inter tunc aciem, e tranco aetas igne metalli,
Plumbi inter glandes, exitit intrepidus:
Fulmine ing, agmen gladio. Victoria, nolens,
Facta perire uiri, sic ait exhibiens.
O Proceres Veim, hoc insculpite marmore carmen.
Insignem gessit se BASADONNA ducem.

In eundem.

Cypridis impura quicunque cupidine fertur;
Labitur; et nullum laudis adurget opus.
Decidit e titulis, muliebri perculsus ocello,
Priamides; patria duraq, fata tulit.
Sed, qui foeminei bacis est cognomine sexus;
Imperat huic; ducit nec sine honore dies.
Est nullus luxus, cui damno nulla voluptas:
Et fit cui virtus tempus in omne comes.
Liber ab his curis, servilia sensaq, temnens,
Fert BASADONNA sibi, quod nitet orbe, decus.
Pompeius uelut, populorum cedit ab ore;
Quos rexit docti Socratis auxilio.

Insignes coluit Musas; dum praefuit urbi
Vtinea, recta non rationis inops.
Plexit supplicijs agitatos caede Procustes
Est; alios fuitus; quos benefacta iuuant.
Additus laudi, nec uana obnoxius arti;
Illine discedens Laurea serta refert.
Seciuos agitet soles. DVX tradet honores
Huic: Factis claros digna trophoea manent.

In eiusdem discessu.

Elidis ut Regem superarit Marte potentem
Amphitryoniades; detulit inde pedem.
Vtineas posteguam struxit Basadonna cohortes;
Ac de Teutonicis clara trophoea tulit;
Clatus titulis Iulao cedit ab orbe;
Cui Princeps meritis praemia digna parat.
Serta Ioui posuit; ludos Tyrinthius ati
Instituit; mouit cor Basadonna deo.
quòd fruitur pacis dono; huic Venera coronas
Dat; quales ducibus Roma superba dedit.
Alite discedat fausto Basadonna; quis aure
Non bibit, huic plausus quos facit urbs Venetûm?

In obitum Illustrissimi
Pompeii Iustiniani
Veneti Exercitus
Praefecti.

IVSTINIANVS agi sensit sua pectora dulci
Laetitia; sanxit dum sacra iura uiris.

IVSTINIA-

IVSTINIANVS hic hausta aliena nomina gradiva fudit
Cuncta sub Augustæos merito ut signa duces.
Is Mavortigenis, sic gratus ortus habenis
Bellum per pacis dulcibus ense refert.
Abstulit heu secum moriens, quodcunque tenebat,
Eloquium; ardendo fastica tela modum.
Irrigat os lacrymis miles, licet acer in armis:
Quicunque et docta Pallados arte micat.
Se Genua excruciet; palmis et pectora pulset,
Quem legerit ... est, cernere fata viri.
Principe sic Veneto felicia bella gerentem
Quando alium inueniet Iulia terra parem?
Consilijs eripuit nos hiru ex hoste parentes.
Absque metu haud melius, quam coluisse domos.
Iam Ioannem Mocenicum, Ioannem de Mediciis,
... in Veneto exercitu ...
Romulidis Mauortæ potens Hetruria bellum
Iniulit; obsessis ferreq; acerba dedit.
Et dirus Hetrusèis, atauûm non degener; Heros
Pectus animo hic plenas nobilitate tenet.
Cum sit Porsennæ instar; maiestate refulget:
A seruje et Regum non aliena gerit.
Ivo Venetis vigido munitus pectora ferro;
Mitibus, promptè fata subire, iubet.
Atridæ est similis. Pelidæq; acer in armis:
Insolio uincit Nestoraq; ingenio.
Is sophia grassans Troiam flamma abstulit; urbes
Hic captas coluit consilio melior.

Conjubus Patria Iulaea, quae, minerae grata
Pacis habens, ingens memor officij:
Ciuili Romam Cicero seruauit ab hoste;
Hetruscum modò dux euasit in exitium.

In Illustris Laurentium
Concarenum, in Ciuitate
Fori Julij pro mitia:
vis Praetorem.

Cedit hyems; tellus, niuibus, glacieq, soluta,
Incipit exultans ore reflare decus:
Bigeclitur Bellona, necis iam fessa flagellis:
Floret, & pax hilari tempora uincta tegit.
Hinc Dragadenus abit; populat gui Gella; uenita,
Concarenus, opus gui pietatis amat.
Huic Lea, quae in coelum secessit cade, reuersa
Applaudit: tales fundit et ore modos.
Hactenus experti pugnas, depellite curas
Iuliades: posthac non timor hostis erit.
Vobiscum clago; uos et complector amore.
Cum Concareno mollouet alma quies.

In Illustrium Joannem Baptistam
Lippomanum Ciuitatis
Fori Julij Prouisorem.

Constitit hîc Caesar, fortis iuuenilibus annis;
Gallorum euersum castrum ubi restituit.
Prosidet hîc, sapiens in primo flore iuuentae
Lippomanus; ubi dat sua iura cohi-

Ille

Ille potens armis totum detervuit orbem;
Consilio hic melior cunctis inuigilat.
Ille sibi Romã gladio subiecit; aduiget
Hic patriam Venetam viribus ingenij.
Sed praeterea malus est sensus conflatus in illum;
Ingens hunc omnigenum, fervet amorq; boni.

Hostium metu Gens noctu
ad arma excitatur.

Non tantum Galli capitolia tangere dextrâ
Tentavêre; inde et pellere Romulidas;
Hostes optavêre quantum consistere in urbe
Caesaris; atq; bonis vulnera ferre vivis.
Non hîc excubias, ut ibi, clangoribus anser
Excitat in tenebris: sed sopor omnis abest.
Hos, illos quavunt aditus; in ovilia sicut,
Dira fames pellit quem, ferus ore lupus.
Ast olet hos custos; dum servat lumine muros;
Vt lepores, condit quem nigra sylua, canis.
Cum veniunt; signum dat pleno pulvere truncо
Aevis; quo reboat, pulsus ab igne, sonus.
Tunc Mauorte potens noctu per compita fertur;
Ira et commotus quilibet arma capit.
At defervuescit; portis cum nemo propinquat.
Ense ferire duces, est voluisse satis.

In Illustrissimos omnes
Veneti exercitus rei
militaris Imperatores.

Aulide iuxarunt Graeci, sibi pervia Troia
Ni foret in patriam nolle referre pedes.
Non est hoc Venetum mens; concedat augurium & pium
Ut vibijs exterus non clare vita velunt.
Sit timeo veterus, dubitant qui dirimat agyrum:
Sic mare securum, quodcumodo prædo tenet.
Regna Liburnorum sunt pleraq elata Mavonis:
Curdata mox fustis pernitiosa gerunt?
Tutaq non merx est: mercator, nauta periclo
Se vitæ exponat, dura quod area subit.
Aut bijmi non positis manibus stanxere; Gigantes
Ut meritas pœnas ob male facta darent.
Sino iussu Iouis Inarime est injecta Typhoeo.
Sunt Veneti, ut fert, religione pij.
Concedente deo, ceu Cacos, movere Libyrnos
Pectunt: addictos qui tegit ara neci?
Processit scelus ad culmen: caudenda secuti
Arbor, quæ sanis fert mala poma vivis.

In obitum Illustris.mi Leonardi Mauroni.

Clauiit hic ataris, mox uita munere functus:
Esse tuitus, suo quemque patrocinio.
Principe pro Veneto Caporeti ut proelia gessit;
Omnes anteiit religione Duces.
Virginei illatum coetus feretrum honorem:
Quem Veneri eripuit militis Ismary.
Lumine despiciens facta haec sanctissima, habebis
Praemia uirtutis, dixit ab arce Deus.
Gaudete o nati; quod habet, diadema parentem
Indicat in terris excoluisse fidem.

In obitum Illustris. Maur. Antonij Mauroni.

Magnos magna decent; Ducibus speciosa paratur
Laurea; pro patria qui fera bella gerunt.
Sed simili Martis Mauroano dantur honores:
Pro Veneto sceptro qui nigra fata tulit.
Curtius haud aliter capitis manifesta pericla
Neglexit; Romae ut surgeret inde salus.
Is nulla at gesta re in noctem lumina clausit
Aeternam; hic, pugnans cominus, hinc abiit.
Lumine coelesti is seclusus ducitur; astra hic
Pro meritis tangens munera pacis habet.

In obitum Illustris.mi Danielis Antonini carmen.

Qua celsæ Vtineæ turres pervinane feruntur;
Splendidaq; urbs luxu est, validis circumdata muris,
Planitiæ in vosea, foecundaq; ubere gleba,
Vitibus ac positis incerto haud cyclone; ubiq;
Malis floret aggeramis turgentibus, altrix
Doctorum natum, cultrix ac Palladis aeris;
Pulchra inter multas Iulaeas, floridaq; inter
Italiæ, Europæ claras non ultima urbes,
Marmoreas aedes, trabibus, nitidasq; pyropis,
Portibus latas, solidatisq; aere columnis;
Et Libyco postes illustres dente, celebri
Ceu factos Lysippo, a Praxitele, arte peritis
Sculpendi mira spirantia signa metallo;
Gens Antonina, insignis Manovte, suorum
Maiorum resonans res, alta erexit ad astra.
Cernere, circungue est, opevosa cubilia, magnumq;
Inspatium ductas, celebres laquearibus, aulas;
Ac circum tectas pannis; quos foemina nevit
Assyria, apta manu, vtilante ac texuit auro.
Hoc genus Herovm, magna virtute propinquum
Principibus, proli, parvisq; nepotibus istas
Fundavit sedes; ut, cum creuisset eorum
Ætas, clari armis equitum vexilla secuti,
Hic gressus fervent, madefacti caede virorum;
Tecti humeros spoliis, viridanti ac tempora lauro;
Hinc procul amota quoties regione redîssent.
Hæc secus, ac animo ducta est, res accidit. Ecce
Exit ab his Laribus coetu comitatus ouante
Pugnantum Daniel: cum vix lustravit et annis
Exactis bis sex Phoebus fulgentia signa
Zodiaci

Zodiaci ire uobis gressus, Archesiade potens
Nouembus, et gens [illegible]
Cognomen patriæ confertas reuocare per urbes.
Mittibus cælo has agitatas fouimus aquas,
quos partim Hesperijs, partim quos Victor ab oris
Euis duxit; sudans ubi prælia gessit.
E numero hic iuuenum, excerptus fortissimus armis,
Gestare assuetus liuenta brachia disco,
Quans finem et iacere hunc, exercet vobore grauatus
Se in luctu; hic alius, doctus certare sagittis,
Acradibus ferro armatis in sedibus istis
Sedentem, lædos finxit; stat fixus et illis.
Hic alacer retinet circum uulgum sermone, bibentem
Auribus, egerunt quodcunque insigne cohortes
Hostili in campo; clara seu luce diei
Certarunt; seu cum aggressi nocte cubantes,
Tydida, similes, uersuta mente Vlyssi;
Cum Rhœsum, et comites, uictosq; sopore necarunt.
Dum numerat cædes; obstanti in pectore ulnus
Huic illi ostendit; mortem et pro laude petiuit
Quam uelle optauit. Cum gesta et iactat ad astra;
Aulæa parte alij tinnitibus æthera pulsant;
Inflataq; tubæ, concenti et murmure cornu;
Hos secus, illi, qui prisco tempore Graiûm
Vincendi causa certamen Olympia adibant;
Ac duce Thesone, Archesilao, Psaumide ab oris
Elidis Alphæa referebant præmia: et Argos,
Pellene, et Thebas, Delphos, Simarenq; Corinthum,
In patrias ædes, splendentia tecta regressi,
Tollebant hilarem uocem; ære dabantq; canoro
Militiæ signum, quo atræ sonuere cauernæ.
Dum uero extendunt uestes, ex hoste relatas,
Intereas auro et claras ferrugine Iberæ,

Et clypeos, gladios ostentant ex fenestris,
Parte domus alia è penetralibus excitabitis
Exactis demum Lachesis quibus invida sorores
Fortem Marte ducem, Mavii alme signa tenentem,
Incedens ideo campum; in quo fulta Gradisca est
Mirabile; sulphureo nitro cava frusta metalli
Imulet: ab igne pila unde acta aerea, bella gerentem,
Et Venetas acies tutantem pectore firmo,
Stevnit humi, et medio morientem linquit in agro.
Heu sic invenit, variat fortuna vices,
Sic Iovem in moestum mutatum est tempus! Ne horis
Quid non contingit! Vertumni cernitur instar
Sors, hûc se, ac illuc voluens inconstans cylindro.
Heu, quo splendebat luxu, plausuq; sonabat
Rerum, domus impleta est singultibus: ista
Qui sparsi lacrymis fudevunt pectore ab imo
Bellonæ incertus furor est; nunc fronte serena,
Mox est turbata; signa huic victoria tradit.
Mox rapit; in vultum violentas ingerit hastas.
Quam sæpe arrisit, plaudens fautq; Daniel;
Addidit ac animum, quoties fera prælia gessit!
Hæresis illuvie infectos, sectamq; Lutheri
Prætervectis annis, acri quando agmine adivit
Belgarum regnum, ut quanta flexerit ense,
Sequana testatur; dum se cruentum sanguine vidit.
Sed, eum debebat meritum spectare trophæum,
In curruq; vehi, gentis per ora vagari,
Quæ cecinisset, ô suprema voce, triumphe,
Occidit ingo cecidit; simulet victoria cessit.
At non illius virtutis fama repressa est,
Pro patria dulcem fundentis sanguine vitam.
Decius invênit sic mortem, Curtius atq;
Linquere non animas veriti, ac non fata subire
Pro re communi: quam vita sic munere functus
Sic duxit caram; terræ nec lexerit orbem
Ut unum; ij miseri sunt; sic foelicior illis;
Nam alio hunc fuvum mutavit luce micanti. In obi

In obitum eiusdem.

Egregijs rebus cognomina clara uirorum,
Vt laudi inuigilent, corda animosa mouent.
Omne suum ut nomen Fama sacraret in aeuum
Romuleus scipio, tristia multa tulit.
Afrorum subiit uitro in regione periclo;
Hannibalisq; feras abstulit ense minas.
Hic, Antonini generosi gloria adlectus,
Tybridis urbs ciuis maxima facta stupet;
Proelia terribiles fortissima gessit in hostes,
Dulcem pro patria sensit esse mori.
Quae fuerint uirtutes probant res: inspice cunctas.
Hunc nullo dices tempore posse mori.

In obitum eiusdem
ode.

Voces profundo pectore ut excitae
Occultioris sensa animi indicant;
Sic nota uirtus fit uirorum
Mole aligna per inane uecta.

Pro sumptuosis artificum arcubus,
Aeguisq; celsis montibus aedibus,
Antonianam aequatam olympo,
Roma stupet celebrem columnam.

Venturi at aeui prospicus, horridos
Qui non leones extimuit lacu
In uasto, ab alta est lapsus aethra;

Ista loquens stetit hicq; Diuus.

Antonianis re est similis Daniel:
Feret triumphos atq; fasces iis,
Sunt qui hac columna sculpti: et auctus
Marte fero titulos adibit.

Audore plenus cor adamantinum
Ensem notabit, Scigriades uelut,
Cadens, Lisonus, Tavrus undis
Quiq; fluit, uiolenter hostes.

Nec orbe solum hos Puliaco neci
Dabit; remotis sed regionibus
Belgarum; ubi rosbes Pallade acres
Sequana, agrum et rigat amne graueis:

Addicta Christi cum Austria dogmati
Ira furorem fundet in impios
Vivos, Lutevum qui sequentes
Opprobrio Superos lacessunt.

Sed, dum uirentem sumet aduream;
Io triumphe, et ter populus canet;
Trunco è metalli pulsa ab igne
Plumbea glans premet inguinatum.

At mox uidebit Velicolûm domos
Die micantes, nocteq; lumine
Non defuturo; atq; ore coetus
Aligerûm placido canentes.

Reserve Divos uera quis abneget?
Iovem repletum funerea face,

cinctum

Cinctumq; panno nigro in aede
Structum oculis procul intuemur;

Iusta et sacerdotes pia soluere;
Proferreq; hymnos flebilibus modis.
Absumat eius nulla ut aetas
Gesta, Veinum titulis honestat;

Illumq; uersu sideribus locat.
Cuncta Achilles in tenebris fauet;
Geniusq; natum nulli Vlyssis;
Nec numeris cecinisse ipsos;

Qui fronde cinxit tempora laurea
Graecorum in ouis; obtinuit locum
Integra uates primum: in antro
Pierio est decus omne famae.

Aere Antoninum conspicuum in foro
Sculptum uidere est; proelia a illius
Vt in columna propotentis
Roma sui stupet acta flagis.

Si comparetur uis animi; audua
Is milite egit; solus hic adfuit
Pugnis: aeternum pectus hosti, et
Sanguineo opposuit trophaeo.

Venaa gaude; te inclyta laus manet:
Lugeq; quando ullum inuenies, tibi
Qui gloriosum nomen, equos
Semideis pariatq; honores!

In Illustrissimos Arbitros,
in decisione finium, in
Iuliaca Regione a Pun-
-cipibus constitutos.

Tradere cuique suum, proximum conseruare amorem:
Ineis animis odium non residere sinit.
Hinc non imperios fines, prosnere priores
Agrorum: peregrinam constituere sibi.
Europa populos bimes secernit ab Asis:
Inter et hos liti, fert, nihil esse boni.
Mox inter Reges discordia nata profanos
Desiit: est et in his maxima facta fides:
Electi cum Cinoribus de uiri statuere, gerendum
Imperium; quod ius cuilibet attribuat.
Non posthac igitur mortales bella mouebunt
Iuliacis in agris; pacis at alma bona.
Duleia DVX Venetum, FERDINANDVS et otia dicunt:
In celebri gentes et ditione regunt.
(Diuinare mihi fas) aurea scepta tenebunt:
Dum mare, dum tellus stabit, et astra polo.

De Lisontio flumine.

Omnigenûm uarijs titulis uersantur in ore
Flumina: uena auri claret in orbe Tagus:
Imperio Eridanus; squamosis piscibus Ister;
Illimis patiso ponte⁹ Iuliadûm.

Diuidat

Liuidat at si agros celeri Lisontius unda ;
Nostris ubique suum tollet ad astra caput.
Hunc Veneti, Austriaci sceptri mirabitur ergo
Quilibet ; inuicto cornet et ire gelu.
Austriaci, et Veneti tutum in ditione tenebunt.
Hinc Aquila, hinc rugiens stubie et ore leo.
Austria, quas referet, Venetus dei, hostea, trophoea
Tanget ; tranabunt dum uada nasta Duces.
Et diues gaza, spoliis ac fiet onustus :
Pactolei arui plus habiturus erit.
Nomine ut ei Reges nulli morientur in euo ;
Sic ob eos fluuij fama superstes erit.

Cum Pax publicata est.

Dum Mars indixit bellum rauco ore ; rigentes
Inclusa canens contremuere fera.
Hinc, illinc ingens armati corpora ferro
Prompti Threicios insiliere in agros.
Ac eos strauerunt urgentes bella cohortes ;
Troes quot Graecos ense dedere neci.
Sicq, fuit cassis Lisontius unda cruentis
Sanguinea, ut simois ; tardus ut iret aquis.
Iergemina at sonuere tuba cum in Cosaris urbe ;
Iactata est olea Pax redimita comas.
Ac sic iuit ouans orbis per compita ; pergens
Vt per terra poli gaudet in arce Patris.
Iuliades degunt deflexo poplite ad aras :
Fundunt ore preces : Serta deoq, ferunt :

Extrahat Eoo seu Phoebus gurgite currum;
Igne uel exustum mergat in occiduo.
Aegis sacerdotes tollunt ad sidera cæneus:
Atq; pedes binalim per sacra templa mouent.
Hos seguitur, baculo innixum quemcunque senectus
Deprimit; aut alacrem læta iuuenta facit.
Ira Dei uinci placatur uoce: refulgent
Cœlo; qui nullâ re intumuere uiri.

Cum a Venetis exercitus
dimissus est.

Pelle metum, Teuto; tibi non cum gente Pelasga
Res est; Troiugenis qua tulit insidias.
Iniq; tuum est murum non machina struesa Sinonem
Nec cernes, Itagi falsa referre tuo.
Heroes Veneti, titulis quos tollit ad astra
Nobilitas animi non simulata gerunt.
Spe pacis q; palam tibi bellum iure paravêre;
Quilibet ut tutum per mare ferret iter;
Quod tibi coniunctus, clausam cum fraude Liburnus
Detinuit: nautas nec, dare uela, tulit.
Fugit at exoriens Venetûm Pirata secures:
Cincta q; pax lauro uenit ab aree poli.
Dimissa est acies, rude q; est donata; proterua
Qua mox Iuliadûm perculit ora metu.
Hos procores nosces, ut religione micantes,
In rebus plenos sic pietate, fide.

DE

DE PAVLO V. PONTIFICE MAXIMO.

Signa dabat tubicen, maiorius aere canoro;
Ac frœnum mandens ore fremebat equus;
Prælia miscentes diuum certamen ibant;
Ac se cædebant ense rigente Duces;
Cum PAVLVS QVINTVS, cui rectum tradidit ordo est
E cœlo, populis attulit auxilium:
Thesaurumq; dedit; meritis quem sumpsit ab almis
Diuorum; in mundo qui hoc adiere Duces.
Quilibet ore preces dum fudit stratus ad aras
Sanctas; Iuliaco cessit ab orbe furor.
Et, quas portarint sœuissima bella, sorores,
Grassum unde extulerant, tres adiere stygem.
Est Deus in terris, solio qui fulget in alto
Diuini Petri: quod petit, assequitur.
Pontifici plaudant; qui sunt in Cæsaris oris:
Numine quos plenus traxit ab interitu.

De Pace facta ode.

Harpyiæ, Eumenides, canes,
Sphinges, diræ Hecataq;, nigredes boues,
Lernæq; monstraq;, Gorgones,
Armataq;, Chymæræ ignibus, et sine
Vmbra corporibus, nigri

Orci in sulphureos iam redeant specus:
Iussere unde, uirûm neces,
Hinc bellum, rapiens aurea soecula.
Heu tot Iuliaco in foro
Traiectis gladio pectora stamina
Crudelis Lachesis scidit;
Cum Mars horribilis probia miscuit;
Quot fluctus Lybico aequore
Volumntur; Boreas fertur ut impetu;
Aut spicae in Lyciae areis
Torrentur; rapidus Sol ubi agros coquit.
Pax coeli ouea recessibus
Flendis Iubadûm conditionibus
Decuuit; tulit de ogem.
Furea, incendia, fâtum et graue depulit:
Vertitq; in noua gaudia
Luctus: inseruit cordeq; Principum
Signum mentis amabilis.
Concordes animis facti ubi sunt; Sedens
Celsa in rupe Liburnia,
Vates ueridicus talia concinit.
Agris, et pelago nitet
Hoc regnum: et ueterem ducit originem.
Hoc, elapsus ab ignibus,
Antenor meritis laudibus extulit,
Quem cunque hospitio fouens.
Praedones at ubi nutriit in sinu;

Prisco heri decidit è gradu:
Detraxit titulos ac sibi plurimos:
Laudiq; antetulit probrum.
Cum uero hos abigat, mortes conterat,
Amissum decus accipit.
FERNANDVM, ac VENETOS lætitia replet:
Tempe sunt ubi dulcia,
Multis picta rosis, blanteq; fauonio:
Est cœlum salubrius,
Ac clarius ubi sol sine nubibus.
Gaudens per freta nauibus
Mercator properat; nec timet impetum
Piratæ, soliti dare
Cædi, quos reperit Dauidos in sinu.
Salue, Christiadûm decus,
Insignis Venetûm DVX; columen domus
FERDINANDEQ regiæ.
Per uos Aonides, cura Deûm inclyta,
Dicunt otia in urbibus.
Inde absunt scelerum mille satellites,
Caci, Gerryones, Sines.
Idæo fuerit Tyndaris hospite;
Phasis tuta ab Iasone.
Nunc terram subigit uomere rusticus,
Confringitq; bidentibus.
Hanc dum sollicitat; dum fodit impiger;
Arbustea in scrobeq; inserit;
Coegtum tollit opus carmine ad æthra:

Hæc proferet dies agat
Non cum nube; dedit qui omnibus hæc bona.
Cælum sceptraq; deferat,
Ac Arctoa gelidam trans Lycaoniam:
Et quà dissipat Africus
Algam, et perennem in littore pulverem.
Vertens oraq; civium
Ad se, sit celebris nomine, Cæsaris
Instar, soli radios micans
Dum fundet; tenebras atraq; noctis polo.

In insignia doctoratus
Ill.mi Aloysij Grimani
Ode.

Postquàm furentis pertulit impetus
Martis; nec ensem expavit aheneum;
Oppressa telis quà GRADISCA
Vix tuitua est se animosa muris;
Postquàmq; vicit robore dextera
Hostem; ac perennem sumpsit adoream,
Miles; regressus patrum in ædes
Hæc procul fruitur quiete.

Sed dum celebri in iure scientiæ;
Baldiq; triuit tempus in artibus;
Legumq; doctorum severe
Judicium Juvenis subivit;

Jurisq;

Iurisq; sancti insignia detulit
In urbe: illustr Medoacus rigat
Antenor et quondam in ovis
Euganeis posuit secundis;
Imo profundens gaudia pectore
Fructum laborum cepit; ad æthera
Versuq; latus, patrio orbe
Vitam agitat titulis honestus.

Doctrinam adeptus Bartoli fodinis
Fulget GRIMANVS; quêis decori euehi
Docta arte claros, Phœbi alumnos,
Tempore Iustinianus omni.

Factusq; notus dotibus ingêni
Decus, quod ortu traxit ab inclyto,
Adauget: ii sunt veri honores,
Quos peperit sibi quisque Musa.

Virtute Gracchus se propria extulit;
Cæsariq; patres quam nequeunt dare
Natis: in unum hæc tendit omne:
Dotq; animi mage fulget ostro.

Ista Grimanus se procul euehet;
Quò Baldus, et se Bartolus extulit.
Opem indeq; urbes ut tulerunt;
Sic Venetus feret hinc Senatus:

Seu nexa flauas candida pax comas
Omnes beabit; bella uel impia
Mars soluet acer porte ab alto;

Et gogulos quatiet flagellis.
Ac non parentis degener, alite
Extollet alto se ingenio, & tegue
Vexie per artes gloriosus
Eloquium ac colunt disertus;
Pro destitutis si arma tulit reis;
Parvisq; natis, matribus, orphanis
Maestisq;, cunctis proq; egenis;
quos tuitus pietatis ergo est;
Orator aut si est missus ad exteros
Reges loquentis, meteo ut edita, est
Stupere cunctus quisque captus,
Cui ingeniam nitere gudo acri.
Inq; ora natus se gerat omnium,
Sermone demulcens proceres; patris
Seu more, sceptro constitutas
Sub Veneto reget aequus urbes.
Parensq; functus munere publico
Palma ut recedit; palma ubi tempora
Cinxit; cohortes dum ordinavit
Marte alacri vigidos in hostes;
Ortus Guimano Antenoris hic abit
~~Antenoris sic urbe abit ortus hic~~
Sic urbe, qua se legibus, addidit:
~~GRIMANO; ubi omnem legi operam dedit~~
Sedem ad paternam; itq; ad Senatum:
Pro meritis ferat unde Lauros.

Ad Illustrissimum ANTONIVM
GRIMANIVM, Palmæ Præ:
Secum oratio

Si rerum scriptores, ac dicendi magistri; quicunque olim seu temporum uicissitudines, locorumq; et regionum situs lineis aperuerunt; seu in dicendo locupletes, multarum artium rationem complexi (cum non minus ad excogitandum acuto, ad explicandum prompto, quam ad memoriam firmo ingenio fuerint) omnes suos dicendi modos in summorum uirorum laudem consumpserunt; aptam, ac accommodatam, quas agerent, rebus, occasionem expectarunt; ut in opportunissimum tempus encomia cadirent; nulla maior, aptior, ac opportunior cuilibet diserti ssimo uiro in præsentia se offerre potuit, quam post biennium, in quo laudandarum actionum ceu albissima congeries, incrementumq; maximum in bellico rei magnitudine factum est, uberiori orationis serie Marcorii GRIMANI præclarissima facta persequi. Serenissimo enim illo Dei, felicitati, et otio terrestri assidue aduersari solito, crebi, seu nocturnis filiæ, quo facibus armato incendia, ac cædes excitabant, ad suas ab omnium Opifice, ac creatore Deo atrocissimas sedes detrusæ, a malis concionibus, turbulentisq; et iniquis imperiis, crebelli magno motu, hostiumq; timore uniuersam hanc regionem liberarunt: nosq; ad pristinam Musarum tranquillitatem, non amplius ad ullam hostilem uim promptos, ut antea, in serentis cœlibus inuolutas, sanguineq; conspersos, transuolarunt. Ego autem in hac tam pulchra, ac placata animorum jucunditate mente assidue excubo; nec partem ullam quietis capio; donec, uerborum licet inops, uela orationis non pando; omniumq; audacissimus remis eandem non propello. Sed meum instar nautarum, in flore iuuentutis uersatum, roboreq; et animi alacritate præstantium esse uideo; qui tamen artis nautilæ imperiti, secundis uentis, cursum tenere nescientes, se profundo ui pelago committunt. Vbi cum maxima aeris intemperies, et tempestas suborta sit, undarum multitudine modo huc, modo il-

luc quasi obruuntur: diuino tamen auxilio implorato, fractis uuderibus magna imbrium copia, procellarum motu, fulgurumq; et fulminum impetu è coelo irruentium, in portum salui, et incolumes, licet exangues, terroreq; perculsi ingrediuntur. Sic ego cum in profundiorem materiem me immisserim; unde tot tituli, et Heroum praestantissimorum clarissima facinora emanant; maxime uereor, ne factorum multitudine ita obruar; ut, unde incipiam, et quem exitum capiam; plane nesciam: et in tam magna uarietate, et dicendi occasione indisertus, tanquam cuculus cogitans, unum tantummodo uerbum pronunciem. Sed a me in illo, qui omnium laudandarum rerum author, et origo est, spes collocari debet: qui ingenium mihi aciet; eoq; me deducet; unde foelicissimus exitus expectandus sit. Propterea instar apium, quae ad flores multitudinem se alis deferentes ex iis aliquid pusillum, quod sibi uidetur, colligunt; et in cella secretiorem partem reponunt; cetera omnia, tanquam congeriem aliis, aut rei medicae doctoribus pharmacorum causa, aut religioni, ac pietati addictis, aut sacerdotibus, quibus Deorum aras decorent, relinquentes; ego inter tantum gestorum numerum consistens, quae mihi oculorum aciem obtundunt; et in desperationem quandam adducunt; si singula oratione explanare mihi apud animum proponam; aliquid, quod non abre mihi uidetur, calamo exarare, oreq; patefacere, tentabo; non alios excludens; ut latum campum habeant; per quem Deum splendidissimum ingenium exercent: et, quae reliqua sunt, prolixiore dicendi arte explicent. Cum igitur ingenii imbecillitate, et temporis angustiis hoc unquoquot fuerint, uuli Minerua declarare, mihi contigerit; nemo, me de meritis ANTONII GRIMANI, qui biennio huic Ciuitati, et Fori Iulij Patriae (cum haec Vrbs totius prouinciae propugnaculum sit) inuigilauit, uerba facturum ignoret. Cum nihil iucundius quiete, et communi concordia hominibus accidere possit; iure merito illae ciuitates in foelicitatis parte se esse existimant; si nullis molestiarum turbulentissimis tempestatibus exercentur. Propterea, ut pax, a coelestibus

clo-

domiciliis ortum ducens, nullo negocio conseruetur; qua libertas comparatur, non solum a uiris, sed ab animantibus brutis expetita, arces, et propugnacula magno cum sumptu a reipublicæ Christianæ Principibus ædificari solent, ut inde, qui in eorum regnum irruere, et optimorum studium, et facilitatem, Musarumq; concentus turbare conentur, auertere possint. Non ideo sine maxima de causa Palma, quam modo cum animi uoluptate introlimus, ab hoc serenissimo Senatu, et Venetiarum Principe condita postremo fuit; ut incolæ, et aduenæ quietissimam uitam traducerent. Sed frustra in eius ædificatione a tot uiris, ingenio solertissimis, consilia inita essent; qui ex diuersis, et remotissimis terrarum partibus summis cum præmiis accersiti sunt; ut illorum animi sensus explorati haberentur; frustra, an in loci opportunitate, in aeris clementia, in agrorumq; foecunditate fundamenta iacerentur, sententiarum altercationes factæ essent; frustra a multitudine agricolarum; qui ex uniuerso imperio Veneto ligonibus, et nauiis agriculturæ armis huc confluxerunt; labores insumpti essent; frustra; nisi totum huius reip.ca diuitiis, et potentia uniuersos Italiæ Principes antecellentis, ærarium; saltem tamen pars aliqua in tot machinis conficiendis exhausta esset; frustra denique tot magnificæ domus, tot aulæ, laquearibus aureis enitentes; tot palatia incredibili cum sumptu a priuatis uiris, et ab hac Serenissima Republica erecta essent; quæ pulcherrimo aspectu, magnificentia, et dignitate cum antiquorum Romanorum ædificiis conferenda sunt; nisi in hoc bello, quod postremo natum, conflatum, susceptumq; cum hostibus est; ubi tot sicarii, tot latrones, tot hæresi corrupti, partim ferro, partim facibus, partim tormentis manualibus armati, ui, doloq; nos opprimere, et delere omnino tentarunt; huic Ciuitati ANTONIVS GRIMANVS profuisset. qui in dubiis, periculosis, turbulentisq; rebus incolis, exterisq; ducibus admonitionis, consilii, prudentiæq; medicinam in omni rerum euentu non nunquam attulit. Cuius studiis, et operibus quia innixi sunt; hinc accidit, ut prospera omnia ex arbitratu, et totius Veneti senatus sententia acciderint. Cum primum ideo hæ proximæ gentes odiis, atq; discordiis amicitiam minuere, et dissoluere cœperunt; cum primum in hac prouincia iniquissimæ tres Sorores non modo uiros in

nullo ab hostium genere capi, et expugnari possit. quapropter me-
moriam tanti beneficii cum sempiterna beneuolentia idem Dux co-
lens, ad referendam, et commemorandam gratiam idoneum tempus
nactus est; ac, pro tam singularis operis compensatione ut gratus
uideretur; illi, quod perpetuum esset, honoris, et meriti praemium
dedit; munereq; clarissimo eundem remunerauit, iurisdictione
scilicet, et urbis possessione; titulo, et honorifica dignitate
eundem illustrans. quod donum licet magnum sit; non tamen
grauatim datum, sed uirtuti tributum fuisse, uisum est; ut non

fauor, sed meritum appellari iure possit. Quæ signa insignia; hæc est vera nobilitas, suis meritis acquisita, non ab illa, cui nihil inest, quam, ut aiunt, discrepans, quam vetores Romani præferebant, in obstante præcipue vulnera, et cicatrices honorabiles ostentantes; quæ iam saltum obduxerant; indicantes, atq; innuentes, sua propria virtute, factis q; gloriam pendere: illamq; domus quæ splendoribus, titulis, dignitatibus, et antiquitatibus, quæ licet nullum alterius adiumentum, decusq; adhuc per se fulgeat, interibit. Et sui tantummodo gestis vasanq; immortalitatem muniens, non contentus, quæ conuectus est præmia, sed in Pannoniam profectus, hostibus illic rem militarem grauatibus, patefecit; quæ esset meritorum gloria; ubi omnia cum honore, laudeq; propter animum certum complexi sunt: et ultro vocandi, et honorandi nominis desiderio exciret, sua reipublicæ optimates exercitibus præfecerunt, eundem grauissimis imperii oneribus cohonestantes: ubi hodierna quoque die floreret; nisi immaturo fato præreptus ex hac vita decessisset. Cuius fulgentem imaginem, domesticis telis eam, cum Hector frater inspiciat; sibi contemplandam, et æmulatione obseruandam esse, constituit. Qui eo rubore confusus, et animi alacritate se gerit, ut Troiani illius Hectoris nomine bene dignus, ab ipsius factis non recedens, parem locum, partes q; sibi in re bellica vendicaret. Ambo belli cis certaminibus, et militaribus exercitijs assueti: illa enim assidue cum Græis pugnabat; hic cum Thracibus bellum gerit: ille fortitudine præstabat; hic eadem insuperabilis est. Quem si, Bellatores clarissimi, inspiceretis, in uestram societatem libenter ascisceretis; hunc honoribus afficeretis; huic militiæ nostræ grauiora onera demandaretis; nec, ne a uobis discederet, ullo modo permitteretis. Qui hinc Turcas procul fugaret, huic insulæ interdum (ut audio) sic imminentes; ut incolis timorem iniciant; uobis q; maximum negocium facessant: qui denique hæc uestra bona parcuta, tutaq; a piratarum incursionibus redderet posset: qui uestros ciues, mercatores, nautas q; metu, capitis q; periculo liberaret. O præclarum virum; cuinam in mea regione par uiribus, par meritis, par nobilitate alter inueniri

Non

Non tamen illum fratris grauibi natu, annisq; ante decedenti obscuritatem
tenebras; qui dignitate, sanctitate clarissimus, eorum Diuinarum Nauarcus
eius amplissimos magistratus obtinet: is legates consulatum gessit; hic de-
cies prouincias administrauit; is bello claruit; hic re militari caui claret;
is Iugurtham uicit, hic Thracum acies in triumphum ductuus est. Qui,
cum primum in adolescentiae suae annis Quaestorium togam colere coepit,
magno illius dolore oculos omnium peruicerit: in maximum sua uirtute
peruenit locum, paruum ante ora omnium Senatorum uoce, suauem uo-
luntate populi Romani, iudice honestissime pertinuit. Si enim
in Graeciam missus est, ibi ita se recte in administratione gessit, ut po-
pulorum animos ad se ipsum conuerterit, eundem admirantium eius pru-
dentiam in constituendis, temperandisq; ciuitatibus laudet eventum; cui
semper ad omnes casus, quos occasio obtulit, ad omnes consi-
liorum formas se eorum mobilitate. Cum Corcyrae, Aetoliae, et Achaiae imper-
uiis locorum ratio diligenter cognita fuit, ut temp. cum laude gesserit, et
in eorum gratiam restituendam, legatione fungeretur. Qui eundem magno cum plausu, et
animorum laetitia transeuntem omnes excepere. Quot quot enim tormen-
ta bellica in hostium agris, et oppidis erepta, ibi cum clam ea deposuerunt,
omnes ibi tubarum sonitus, aures hominum perstrepebant: pueri
uoces ad coelum extulerunt: populus denique uniuersus clamore tem-
plum circumdantem, et praefecturae felix principium auguratus est:
et initium, ut fuisse, exitus comprobauit. Nam cum ciuitates
uniuersae triumphis decorauerint, magnae promanarit
populorum concitatu, et lacrymis pra dolore, quod tanto praesidio
priuarentur prosequentium uiae, ubi, quo recte illic gesserit, quantem,
sibi, et reipublicae fructum retulerit, cum esse iustum triumphi
stipulum, ciuitatum consensu, et applausu, bene, optimeq; de re-
mercitis praesidibus existitur, quam minor in illum ab Italis, quam
Graecorum regionibus perspectus est. Nam probata illius fi-
de, et sapientia in maximis rebus, et mari quoque amicis Senatus vene-
tus illum praficere uoluit; ut non minorem utilitatem Italiae, quam
antea ab eius administratione acceperant. Se occasio itaque
obtulit, ut nauibus temporibus Tarusium, Veronam, Patauium,
et in alias clarissimas ciuitates mitteretur, ubi non
minorem animi praestantiam, quam in aliis praefecturis,

et magistratibus ascendit. Et cum illius iudicium probatum esset; encomia illine maxima deportauit: cuius recta administratio-
nis, et perspectæ prudentiæ multa, quæ in iuuenta, et soluta oratio-
ne in eius laudem conscripta sunt, testimonium reddunt; cum,
quot fere ibi oratores, et poetæ reperti sunt eundem laudibus extollere existima-
uerint. Cum nuper uero Brixiam denuo adiissem, ea claruit inuenire, ut illius
nominis fama in tota ciuitate magna cum eius laude inuoleuisset. Et quo-
niam gloria mortuis clarissimis uiris honoris testimonia persoluitur; dolore nostro
consolemur, licet unum amiserimus, cum laude celebrando: quæ
præsidia firmissima sunt, posteris, et consanguineis domestica exempla, quæ
imitentur: ut, quemadmodum sanguinis propinquo facta ea, quæ laudem
meruerunt, sit. Aqua eiusdem domus uiri neque Tritonem existerent aquarium, nel
terrestres libri a Neptuno prius obruerent, quam facerum memoria
extinguatur. Propterea cum hanc heroum genus grauissimum con-
sanguinis commemoratione federicus Sanseuerinus sic, ita quoque si-
milis factus est, ut nemini ardeam, si eorum uestigia
sectatus, desiderio, non tam gestarum magnitudine rerum
do aqua parem sed certam imitatione exprimere. Cum nobilitatem,
et inerę dilectam quandam animo altę indolem inspiret, eandem
efficit, ut tantæ gentis dignitatem, et illustrium ornamento-
rum commemorationem inuitam. Liberalitate autem, et hos-
pitalitate ita se gerit, ut nihil aliud grauius cen-
seam ullius regum, uiris hinc procul ortundis, totius orbis splen
dore, et diuitiarum copia florentissimis patentem. Quæ cū
assidue sodiorum, et honestissimorum uirorum, coetu ple-
na sit, singulis quoque diebus alienos, et exteros di-
tionis nostræ, tenues nonnunquam præclarissimorum, adeuntio-
nes fiunt: quos tanquam olim ab extrema Syria, et Scytha-
rum ora uetustissimi duces, in Hieronis, Archesilai,
Græcorum hospitium amantissimorum, ædes, aulasq; luxus spe
dicas ad opulentos conuiuetus, prouisse uenire. Illic enim
illustrissimæ familiæ decus, et animorum magnitudinem,
et opes, et innumerabiles equestri dignitate effulgentes ad-
uenisse; quibus cum nequaquam possunt; seu equis in-

sistentes belli simulacris delectantur; cum illis q hasta concurrere, se exercendi gratia, in certaminibus uelint; siue in spectaculis, et scenicis apparatibus se abdere gaudeant; seu in iis, qui quondam magnificentiam, præ se spectant, pila, et disco, eiusmodi q ludis, et exercitationibus dies traducere? Ad quod enim laudabile studium Saworniana proles non apta, et accommodata est? in quorum clarissimorum uirorum societatem, et amicitiam non se applicuit? quo quibus et ipsa eadem opus est) fortunarum periculum negligit: et sanguinem ipsum profundens, in exercitio discrimen, mortis q articulum se redigit? Nec minor liberalitatis magnificentia in Antonio Saworniano animaduertitur. Qui quo oppidis, suæ iurisdictioni subiectis, amoenissimo in colle positum, unde tota regio oculis lustrari potest, Piuranum incolit; illuc q prope infinitos, quo quotidie, partim cum accipitru, et canum caterua, corpus exercendi, et animum exhilarandi; partim Dominum Salutandi, et amplectendi gratia confluunt: hospitio tam grato, dulci q excipit, ut in ipsius hominis fronte, et supercilijs hilaritas, et incredibilis iucunditas appareat. quid de his plura quæritis? Hi duo sunt eodem sanguine geniti; hi duo sunt iisdem studijs dediti; hi duo sunt eadem propensione, et animi celsitudine; desiderio autem prope incredibili alijs opem ferendi, pauperibus nummos erogandi; sedit iones (si quæ in republica sunt) sedandi; priuatos q iuris infensos conciliandi. Tandem q sunt gratia, authoritate, et grauitate; ut illorum nutu unusquisque inimicitiarum incendium in pectore suo extinguat; inimicis animum reclinat; et ipse languescat, mollia tur, et mox ipsum nomen statim amittat. His intercessoribus, his deprecatoribus adhibitis, ubique discordia agitantur; robur gladiatoribus, et ducibus deest; et arma de manibus excidunt: pace q conditione accepta, nihil amplius malunt, quam otium, tranquillitatem, et concordiam. His bene, his pie gestis, his sanctitate dignis sibi gloriam parant; sibi salutem animæ quærunt; sibi ad cœlum fores aperiunt; et Deo se gratissimos

ostendunt. Cujus pietatis, et christiani studii primas partes Mecum Bononium adiisse, non ignoro: qui quomodocumque sacris initiabus erat; et titulis, et redditibus Ecclesiasticis insignitus, ita religione se aliis anteferebat. Hujus animi nobilitas, et vitæ integritas Romam pervexit, ubi aliquot annos commoratus a Sancto Romano Ecclesiæ præsulibus summa cum benevolentia amplexus est. Et quoniam vero a multis (licet paucos menses illic degerim) tam cognitus fuit, ut illius regiæ urbis optimates domi suæ eundem susceperint, et omni amoris, et benevolentiæ cultu se illi adlixerint. Huc vero cum primum pervenit, singulari cœtuum prosingulari benignitate illi in viam se obviam tulerunt, et humanissime excepérunt, summo officii genere eundem cohonestantes: cum vobis fama delatum fuerit, clarissima nobilitate Venetia esse conspicuum: ubi cum patriciis, et senatoribus amplissimis arctissimæ inire affinitatis habet: ubi quoque testamento mandavit suo corpori sepulturam dari; quod hic modo cernimus, et non sine exequiis, non sine lamentis, et laudationibus funebribus impositum decoratum. Huc amici, et familiares hic mœsti cernunt, ac lugere plane Ravignani in Forojulionsi patria; ubi adificium ad cœlum eduxit; et Belgradi, unde oligniatis splendorem, et comitis titulos defert, incolæ, quasi patrem præsidentes, cum lacrymis reposcerent. Sed quod contra fortunæ remedium? suam vicem dolent; nos dolorem nostrum consolemur? et, pro ejus anima preces effundentes, in divina voluntate conquiescamus; felicissimum ipsum existimantes; quod ab his miseriarum angustiis erectus sit; in eumque locum ascenderit; ubi firma, non caduca; ubi non temporali, sed æterna felicitate una cum cœlesti animorum cœtu fruitur est?

In eiusdem obitum

elegia

Hinc procul audiitur gemitus; plorate Camenæ;
Singulen MELISSÆ concutiente sonat.
Quo peruuvebat fulgentia stamina telæ,
Abiecit vadium, et, quod fuciebat, opus.
Lugubrem sumpsit chlamidem; et uexata dolore,
Quæ sparsit lacrymis, contulit ora manu.
Non tamen urgetur Parcarum classe; minari
Terribiles; fœdæ cui mala dira solent.
Casu alio premitur, tristatur cladeq; ferro,
Robore non æquum quam reparare potest.
Improba Tisiphone, solita inter mille catervas
Fœvi, mox uni est insidiata uiro;
Illustris peperit quem Sarmonicana propago;
Iuliaco qua non est prior ullatenus.
Sic florentem annis, ceu de radice recisum
Euulsit Boreas, abstulit ante diem;
Dum studio elatus patrium; dum mœnia Romæ
Cernendi; patrio mouit ab orbe pedem;
Excepit titulis sacrum uetus Albula; honores
Cui dedit; ac inter præminuisse uiros.
Sed mens sublimis, quæ ipsum supereminet ortum,
Non pertulit, unoconsenuisse loco.
Grandius ingenio ualuit; tenebitq; Pelorus
Quà manet infractus, nec maris ora timet.
Singula percurrit uisu; quæq; orbe tenentur
In Sicelo; et quales euomit Ætna faces.
Hæc oculis quamuis lustret, stupeatq; reperta;
Non tamen ex animo nobiliora trahit.
Nam te, PARTHENOPE, inspexit nituisse trophæis;
Fulgentes gemmisq; insiluisse in equos:

Augustos ludos fastosq; egisse diebus?
Agmine compleras dum speciosa forum.
Quis te, ceu Romam, inuectam per moenia curru
quadriiugo, haud specteret, laudeq; ad astra ueheret?
Tu domus es Regum: uictum, mores q; uerendos,
Et decus ingenii quis memorare queat?
Quis te maiori studio complecteretur artes
Palladis egregias, hospitiumq; coleret?
Quem modo lugemus, tenero es certatus amore,
Dum tecum plures, uixit in urbe dies.
Iunxisti hospitio miti, dextrasq; fatore;
Quocum sumpsisti officiosa cibum.
Ah leuis ut fumus, sunt hæc solatia; sume
Virgineum habitum; et tenera pectora tende manu.
Vos colles, sacri Cereri, sacriq; Lyæo;
Laus, lyra, mœstis antra replete modis.
Non Marcus, eunde uestris Antonius hostis
Poma; hilari uestrum nec petet ore decus.
Citrea uos, aliis succos, asserte saporem;
Attulit uobis aurea mala poli.
Et uos, Sebethi fontes, florate (caduci
Quàm sumus) haud cernet, uos placido ire pede.
Qui, ut uos inspiceret, te et, clara Neapolis, arcto
Persæpe haud timuit æquoris longa uia.
Vos, inquam, anteferens FERDINANDO; præfuit æquo
Cui imperio; pacis donaq; grata dedit.
Tu præ aliis, Sebaste, dole; Riuigniæa tecta
Seu noua, regalem Parthenopæmue colas.
Te præ aliis unum summo est amplexus amore;
Attulit in mœstis et tibi rebus opem.
Quisque eat at pedibus terras, et carpere remis
Æquora; quà natusq; Æsone fecit iter;

Cum

Cum bucibus patrias Phryxeo ne ferret ad oras
Plaustraria, vitea quas bracco texit, ovis;
Vel quà caede vitit Sinis, atroxq; ore Procustes;
Herculeo dejectum Geryonemq; petat;
Non tamen effugiet Parcæ irreparabile telum.
Marce feros tellus claudit ubique duces.
Occubuit Græcis patria Telamonius heros;
Pelida tumulum hospita terra dedit.
Ante oculos evasit hic in Melitensibus ovis,
Fratres non flexti maleficiente tenens.
Fama malum hoc retulit Venetis heroibus, aures
Et populi implevit flebiliore sono.
Heu sapis ex urna erigitur; funesta paratur
Pompa, nitet atro tristicia et igne faces.
Interea, ὁ ΜΕΙΤΕ, clausi da corpus, humandum
In Vendea tribe; hujus stirps ubi clara nitet.
Vllaq; ne ipsius tangant te oblivia; carmen
Sacris in pario marmore sculpe notis.
Dum me adiit studio visendi, funere mersit
Mors SAVORNIANVM; quem Veneta urna capit.

Εἰς ἑαυτὸν θάνατον.

Παρθενόπη μεγάλη, βασιλήων ἄλκιμα λαχέσα,
Σοὶ φῶς γλυκερὸν, πᾶσα χάρις τε ξύν,
Σαβογνιάνον, ὅσσε γενέων ζώην ἐσὶ χερείων,
Τοῖς ξείνοις πρηὺς καὶ λάβε μαλακαῖς.
Δώμασι σῷ κεῖνον, κλαυτῷ καὶ δέξαο οἴκῳ,
Ξείνια χ' ὧν δώκας, οὐ φιλέοντα πολύ.
Νῶν τράφα εἰς ἄλλους, καὶ λύσιν χάσματα ταῦτα
Οὐ δεῖ τὴν σαυτὴν ὠκέα θυμὸν ἄγειν.
Αὐτὸν πῶμα ἔπει δυσώνυμος ἁμαρτάλυτον,

κῆδος ἀδελφοῖσ' ἢ δῶκε τε συγγενέσθαι, ἐ δὲ
Δάκρυσι οἱ δ' ἔλυσαν πάντα κατὰ εἵματα τοῖσιν,
Ἕκτορ, ὅσον πρίαμος μὴ κατέχαυε πατὴρ.
Κλαῖεν, ἡδὲ καθεζόμενοι λεχέεσσι τε καὶ θεράπαινας
Βεληράδα νύκτα τ' ἦμαρ ἅπαν ὠλίται.
Οἱ δ' Ῥιβιγνάνον τεμένεν, τ' ἐριβώλακα ἄρουραν,
Ἑλλήνων σὺν ἄρηϊ, τεύχεά τε γόοιό νέμοθ'.
Ποιμάνορα δ' ὄντε κατακλαίοθ' ἡγήτορά τε αὐτῶν,
Ἥναοσον Ἀυσονίης καθαρὸς, ὃ θάρσε.
παῦρα χ' ἕταιρ' ἐβίβ. Λάξιτες τεῶν δὲ ἀϊδρεῖσιν
Ἀλλαία καλὴ, τ' ἐυφρόσυνα θαλία
Αἰ πάνθοσ κωὶ χάρισ τε δακρυχαίσαν
Φρὴν ἡλυκεία θάνεν, πᾶσά τε προξενία,
Αἰδὼσ ἡ δ' ἀγαθὴ, τε σαοφροσύνη, τε φιλία
Ἥ τε ἀληθείη, δίκη τε Δικαιοσύνη.
Τῶν κ' ἀρετῶν, πολίθσα κατεπτώθη ἄνθρωπον, ἀλλαὶ ἀνδρὸσ,
Αἱ θνητῶν ἐνέβη μὴν θεὰ ἐκ θαλάμου.
Τίπτε δ' ἄγεις; δίσ ἐδὲ κακοῖσι παραχρόνιμοι
Κἠτος τοῦτο τεύχθ'. ὅπως θάνεται,
Οὐκετὶ μὴ δύναται τὸ τετυγμένον, εἶναι ἄτυκτον.
Τάνταλος ἐδ' ὄφελε φοβεῖσθαι ἐξ Ἐρέβεσ.
Ἀλλ, ὦ παρθενόπη, φλαυκώπις ἐπέξεφατο κάλτοισ
Ἦν μὴ πόντοθ' ἁχνὸσ ὀδυρόμενη.
Ἠδ' ἀπὸ τοῖσ σὺν θεσσὶ λύσ τὸν φαιδρὸν ἱμάτια,
Εἰσ ἀποδαλλὰσ κῆν γυνὴ κτεάνων τε φόσ.
Οὐ δεῖ σ' ἀρετῆσ καλυπτὰμένην ὀθόνησ
Ἐν θαλάμοισ φέρειν λεπτεφέσσαισ πόδα.
Ἀλλὰ μέλαινα σὶ εἵματα ἔνδυε πέπλα θυσίτων.
Εἰσ ἱερὸν ναὸν τ' ἀυτίκα φαιδρὸν ἴθι,
Ἀλγυμένη κῆδ σφυδίκῳ καὶ λιτὶ καλυπτὰ
Τῷ τεθνειῶτοσ κῆδοσ ἐπικτεόμεν.
Εἰδεσ, δαῖν κλαίων νεκύων ἠδ' ὄσσα δάπτειν.
Πάντοσ ἀνὴρ χέρσοσ ὅσ τοῦτο θεὸσ φιλέει.

Ad Illustrissimum Federicum Sauorniannm.

Inclyta mente agitat, celso quæ uenit Olympo,
Musa; frobosq; inter degit in urbe uiros.
Qui nisi uirtutis decedant tramite, gaudet:
In Famæ hos celebri constituitq; domo.

Non alia ac magè, quàm tua, Sauorniane, propago est
Proxima diuæ isti; quæ super astra uolat.

Huic ego, dumq; tua, et uadlo monumenta tuorum;
Londere ne gerem, mî premit ira timor;
Vi me siste tua: sicut mœstissima ut antehac
Dixi, dehinc uersu tangere læta queam.

In obitum Ill.mi Ioannis Caroli, Ioannisq; Francisci Sauorniani. ode.

Saxis, rigenti dextera in Italos
Quo torsit atrox incola Bosphori,
Pilisq; plumbi, igne excitatis
Ære cauo, tremuere turres;

Quà uastus Ister, Pannonicæ obruens
Cruore campos, sœuit ab albibus;
Cquis citatis quàq; diro
Marte duces spatiantur acres;

Æuo perenni uiuere gestiens,
Leda ut creatus, Carisii inclytam
Dum pugnam adiuit; dum furores
Threicios CAROLVS repressit.

Vexilla pandens Christi ibi maxima;
Obtutu et hærens Christi in imagine,
Palmæ augur, ipsum quæ potentem
Cnse poli decoraret arce,

Sudore uictum deposuit latus
Sub dio; acutis milleq; spiculis
Obiecit; astu seu uoraci,
Seu nimbus premerentur agri:

Serta angor anteit: saxa per, et nemus
Eadem ferentes, rebus in asperis
Nexu implicati angustiarum
Martyrium subiere diui.

Luce os nitenti, pectus et ignibus
Hic sparsus aureis inter amabiles
Coetus triumphat; proq; fratre
Corde preces poli in aure fundit.

Aures benignas applicat his pater;
Partuq; eodem, dicit, ut editi;
Nec uultu, et actis differentes,
Idem habeant decus ambo in aethra.

Inter beatos Tyndaridas pari
Virente claros constituit; sibi ut
Opem ferentes inuicem se
Tisiphones uedimant ab ore.

Vixisse, dulce est, non sine gloria;
Interq; diuos uersibus euehi
Vivum relatum. Venera gaude:
Laude micat genetrosa proles,

Quam fato ademptam carmine flebili
Vages; loo gurgite seu diem
Educit ardens sol. Iberis
Seu proferans bilugis uenisit.

Quiq; est iuuento flos, Venetum decus
Splendorq; raptus Iuliadum, saeuis
Tibi a poetis uestitutus
Omnigenum memori ore uiuit.

In

In eorundem obitum.

Qui muros posuere tuos, Roma, abiice fastus,
Non decus armigeris superiuere duces.
Vrbs geminos Venetia tales? foelicia foecli
Lumina; qui empyreas mox adiere domos.
Rustica mensa cibos, et lac lupa praebuit illis;
Progenie illustres hos aluere patres.
Illos contremuit Latium; hos Thrax: vexit ad astra
Hos virtus; illos sors nituisse dedit.

In eorundem obitum.

Dum dat terga bvaco; et telo hunc tyrinthius instat;
Iupiter applaudit, facta animosa videns.
Dum Thrax bacchatur, victorq; huic CAROLVS obstat;
Gaudet: opemq; dei seve goliah arte deus.
Vane illum decorat ficus; Rex aevus Olympi
Pace hinc dat placida tempus in omne fui.
Astris inseritum, referunt mendacia vatum;
Esse inter divos hunc, probat alma fides.
Tutum age, Sauorniane, diem; toto orbe celebrem,
Viuere te aeternum dant benefacta polo.

Ἐτιμᾶσε τὸ φιλος μεγαῶν ὅταν ἦ δικαιος,
Δώμασιν ἐν θειοις ἦκε καθῆσο χέλυος.
Ἔνθ' οἱ τεχθόμενοι τότ' ἀοιδῆς ἔξον ἀδελφοὶ,
Οὓς δεινὸς παλάμας θῆκε θεὸς σοφίης.
Ὅς τε χόμην ἀναδησάμενοι τοῖς ἑρνεσι φοὶ
Λιθόβολος ἐξ ἐχθρῶν ἀλλὰ δῶρα φέρον,
Ὅπλοις φῶτας δυσάμενοι θρηικηθεν ἵκοντο,
Ἀλβῳ τιφραγίῳ ἀέξεται ἔθνος ἀοιδῶν.

In funere Illustrissimi Syluii.
Publiauum comitis oratio.

Maiores olim nostri praeclare nobiscum actum fuisse existimarunt, Auditores ornatissimi; si nostra uita uatio in eo antiquitatis statu posita esset; ut eorum locorum inter indigenas ascriberemur; ubi simul commorantes ætatis omne spatium contriuissemus: et quæ multis ante annis aui, et, qui ab eis orti sunt, uetustiores, tam diu incoluissent; ut hereditario nomine nostra quodam modo facta esse censerentur. quare non immerito Lacedemonienses, qui inter Græcos principatum obtinebant, sibi laudis plurimum asciscentes; gloriari solebant; et futura quasi immortalitatis titulos sibi pollicebantur; quia Græciæ multi temporis incolas se esse cognoscebant. aliasq; respublicas, tunc eadem in regione florentes, uetustate antecellerent. Cuius aui, et originis prærogatiua, priscis monumentis excepta, cum multi fieret, tantum in dies incrementum suscepit; ut nostra temperate, eandem decoris speciem retinens, tanti quoque penderetur; ut uetustissimis familiis laus non minima concederetur. Et si quis ex iis, quando honestissimis maiorum actionibus responderit, è uiuentium luce discedat, non solum uiros, sibi affinitatis uinculo annexos, mœstis animi affectionibus, solicitudinibusq; obruit; sed, qui nulla necessitudinis coniunctione attingantur, in mœroris acerbitatem, et fletum maximum adducit. Quemadmodum enim aduenæ, nobisq; prorsus ignoti; quorum ad nos cognitio nulla peruenit; nullo loco apud nos sunt; pro certo habentes, ut nos quoque ipsis contemptui simus; sic illos, qui non modo nobiscum; sed cum nostris familiariter uixerunt maioribus; et in patria urbe simul commorati sunt, tanquam boni, salutisq; nostræ studiosos diligimus, carosq; ducimus. Propterea quid noui, et inexpectati uideri debet; quo suscipienda est admiratio; si dolor ex Syluii Publilii obitu susceptus totam hanc regionem incessit; eundemq; funebres non modo orationes, Demosthenis, et Ciceronis facundiæ conferendæ; sed Maronis, et Horatii stylo penè anteferenda, in eius obitum edita, poemata non mediocriter attestentur: cum omnibus constet, exploratumq; sit, ex illa familia ortum duxisse; quæ inter Forojulienses genere, et antiquitate summa est: ornamentis autem fortunæ, et nobilitatis sic adiuta; ut clarissima totius Italiæ ingenia dignam iudicauerint, aut æternitati commendaretur. Hanc ego quoque, cuius encomii me buccinatorem profiteor, in altissimo dignitatis gradu

pos-

positam inspiciens, iam inde a prima mea adolescentia tacite ad-
nivatus sum; cum nihil opis, et auxilii mihi, nihilq; eloquentia reg-
[illegible] via tunc impertita esset; quod in eius laudem, et magnificen-
tiam conferre possem. Postquam uero aetas cum in illam optima,
tum in [illegible] studium propensione crevit, ad eum me eruditi-
onis statum deuenisse, non inficior; ut eandem eamque aliquo,
et ovatione prosequerer. Ad quod agendum me flagrantem excita-
uit amoenitas, Puteolorum legibus, ita moderatae, ut illorum
dictioni subiecta foeliciter uiuat: quae, ubi ortus sum, urbi cum
proxima sit, mihi occasionem attulit, ut auctoritate et suadendi gra-
tia illud sepe diuerterem: ubi hodieque quoque die uirtute
praeditos officiose amplexos hospitio suscipi, libentissimeq; trac-
tabi, non sum nescius. Praeter haec illius fama, quem uita fun-
ctum nunc deploramus, non patitur, ut tanti generis alumnos
silentio praeteream: quorum facinora, olim rumoribus hominum
promulgata, mihi, usque ab incunabulis (dum in circulis sapi-
entium uirorum, in patria mea fere a senioribus multis praedi-
cabantur, iactabanturq;) vetulanti, apertissima fuerunt. Ne
ideo prorsus intercirent, sed ut, quantum ficri posset, in uulgus
propagarentur, haec retinere, et ab interitu uindicare conatus
sum; non facile ferens, ut homines mihi me dissimilem esse, et
ab hoc, quo fungor, officio, et, cui studeo, dicendi arte, abhorrere
intelligerent. Quemadmodum, ut eorum, quo nostro animo
assidue uolutantur, scientiam, aliis notam facimus, eam, quae
possumus aptiori uocabulorum significatione; aperimus; sic a
nobis praeclarissime res gestas, ne posterorum mente delaban-
tur, insignibus, memoriae gratia, parietes plerunque ostenta-
ri solitis, non obscure patefacimus. A cuius rei consuetudi-
ne, et agendi modo sapientes olim uiri non abfuerunt; nec
ab ea uoluntate recesserunt, ut eius inuentionem, ad uirtutes
excitandis adolescentibus idoneam, futuris relinquerent; sed
gloriae desiderio adducti operam dederunt, ut ipsi eam-
dem auspicarent, et sibi maxime uendicarent. Idq; a ue-
ritate minime remotum esse cognouerimus; si, quibus

suos ciues Romani commouſunt, huiusmodi calcaria, et inicea-
menta considerandi, nobis uoluntas fuerit. quare non ab re
profecto hodierna die familias suspicimus, et cultu prose-
quimur, quas uexillo aliquo, generis antiquitatem indican-
te, insignitas oculis intuemur; cum pro certo habeamus, illas
non otio, ac desidia torpuisse, sed laboribus expergefactas ho-
nori inuigilâsse; et in illud unum intendisse, ut ad ueram iri-
uendi semitam concitato cursu contenderint. Sed quodnam
praeclarius conspicitur rerum gestarum monumentum, quàm
ab heroibus huius patriae fere omnia circumlatum,
Puluinorum insigne, animi recti indicem, et probitatem
prae se ferens? Nam si rosarum genera, cum uariis in rebus
hominibus usui sint, ac delectationi, commendentur, lilio-
rum pulchritudini laus non minima tribuitur; quando odora-
mentis omnibus anteferenda sunt. Suauitatis autem quan-
tum habeant, argumento non difficili coniicitur, si apes omni-
um alitum fecundissimae, mel conditura, postquam in flo-
rum uarietate insederunt, ad hoc liliorum specimen aduo-
lent; cum nihil aliquid parandum odoriferum adinueniant.
Quam bene olendi uim, profectò scio (si in herbis, ac plantis
indita sit) in aliquo mortalium maiorem ingenitam non es-
se, non corporis, sed famae, et praeclari nominis fragrantia; et
eius odore non propè tantùm, sed procul animos affici; et
uoluptate perfundi; quàm in uiro, qui ita egerit, ut ho-
nestissima actione ubique bene audiat. Hinc in eos magna,
ac propè incredibili propensione exercemur; qui aliquid
insigne gesserint; et è uita discedentes sui nominis fa-
mam praeclarissimam reliquerint: cum nihil aliud poste-
ris tradamus, quàm res nostras monumentis consignatas.
Si a me commemorandi Heroes isti propius ad ea, quae
odoribus referta sunt, comparandi, accedant; nullo ne-
gocio diiudicandum erit, illius cognominis nitorem
palàm et omnibus notum extitisse; in quo tantum de-

cus

cus positum animaduertimus; ut olim equestri dignitate clari, et rebus bene gestis integritatem, fidem, ex ipsius nominis puritate, et lilicum albedine ostenderunt. Hoc autem unum mihi sumendum, ut istorum merita recenseam, ~~non ingratus sum~~: ad suas, seu reipublicæ negocia gessisse, candidatorum nomen subiisse, quis nescit? facile ego mecum reputo, a quibus tam, ac optimorum moribus minime differentes fuisse; qui sine fuco laudantes dealbatis magistratum petentes, uestium candidate nihil aliud, quam pura animi conscientiam detegebant. Tales si nominatos, et singulos opprobrandos mihi proponerem, uererer, ne pudor mihi temperare deberet, quam dicendi materia, cum non me lateat, tanquam ex equo Troiano duces ex hac familia, uiros tum omnium generum insignitos pene innumerabiles uiros exisse; qui, dum uixerunt magna in existimatione habiti sunt; uiri uero munere functi in omnium ore, et prædicatione uersantur. Fuerunt enim, quibus tres olim inter se fraterna necessitudine iuncti, Ragonenses Liceneos, commendati sunt, memoriam non adhuc ætas, abolevit; sed ipsas in uulgum protrahens, recensendo ubique locorum disseminauit: postquam Hieronymus maior natu religionis uinculis ~~g~~ strictus florentinorem ætatis suæ partem Romæ traduxit: ubi se piis in rebus exercens, Gregorii xiii summi Pontificis a cubiculo fuit; quod illi debebat, obsequium, cultumq; sanctissimum præstans. Alfonsus autem, morum nobilitate clarus, ad prolis fœcunditatem propensus, rei familiari studuit: et Ragonensi foro inuigilans, cuilibet suæ iurisdictioni subiecto se æquissimum in causis iudicandis iudicem præbuit: uitamq; cum honestate traducens, filios paterno nomine dignos moriens reliquit. Quorum unus, diuino cultui famulatui, deditus, Adriæ episcopali dignitate decoratus est: et, eandem cum sanctitate sustinens, pro grege sibi commisso assidue excubat. Nec tamen Ascanio, in germani locum suffecto, tenebras offudit, qui Litonis suæ foro prefuit, probitatis semper, siue illud a iudiciis refriait, siue turba clientum celebre fuit, insignia designens, diuturnas litium disceptationes non perpetiebatur, uno iudicio unicuique suum impertiens: superiori, anno e uita discedens, filiis bonitatis ligniæ exemplum, quo facilius, per honoris semitam incedentes, in ipsius uestigiis insisterent. Dum titulis horum, et encomiis gaudeo, mihi occurrit, uir clarissimus, a serenissimo CAROLO ARCHIDUCE AUSTRIÆ magno in loco habitus, cuius

a cubiculo, et intimis familiaribus fuit, non è memoria excidit; Bartholomaus q Claudio Syluii sororis filius; quo nostris temporibus, uirtute florentissimo, interq; Angelitas recepto Roma plurimum laetata est. Ingenuis enim moribus, doctrina, et eloquentia praestans Gregorii xiii summi Pontificis beneuolentiam demeruit: a quo ecclesiis magnificendis sacerdotium obtinuit; in Germaniamq; ad Rodulphum Imperatorem legatus est: ubi se honorificentissime gerens ipsius Imperatoris, Germaniae Principum, ac totius Cardinalium collegii sibi amorem collegit: in quorum numerum prouocat dubio ascriptus esset, si sibi impositum legationis munus absoluere potuisset: sed morte sublatus est, cogente, ut in eminentiori dignitatis fastigio collocatus officiose coleretur. Eius nomen ne interiret, poetices prope diuino eruditione Torquatus Tassus, singulari uirtute esse, cum non ignoraret, de eiusdem meritis uerba faciens, testatus est, illo nec diceneli maiori facundia, nec profundiori scientia aliquem in Patauino, Bononiensiue gymnasio floruisse, nec prudentiorem a Vaticano pedem extulisse, ut animos Principum pace coniungeret, et populorum discordias sedaret. Cui Roma, murorum ambitum ingentem complexa, uix satis amplum theatrum affore potuit; quo uirtus illius excurreret: et Germania, uastissimarum prouinciarum terminis propagata, uix satis ampla est, ad eiusdem facinora cum admiratione prouidenda. Sed cur me in tot uiris celebrandis immorando detineam; et, quem mihi laudibus extollendum sumpsi, silentio prouectam? Syluius Publilius Feleuci, magni splendoris equitis, et dignamerito Collalti matrona filius in hanc uitae lucem M.D.XXVI. undecimo cal. Decembris ingressus est, et nono Cal. Ianuarii Pontificii, annum septuagesimum, et septem agens, eo pietatis studio, quo uixit, è uita discessit; unicuique fortitudinis, et religionis exemplum; sempiterna memoria dignum offerens. Illi, praeter septem sorores, cum magno spei adolescentibus iunctas, fratres duo extiterunt; quorum alter cum summa existimatione esset, rei domestico curam gessit; alter uero eximiis dotibus ornatus

ornatus, corporisq; agilitate præcluitus, et heroico aspectu venerabilis, arti se militari applicuit: in qua cum plurimum valeret, Henrici octaui Anglię, et Francisci primi Galliæ Regum bellis interfuit, a quo acerrimorum equitum centuriis præfectus est. Et, cum in arte poetica magnos haberet progressus, quod illi reliquum tempus erat, in humanioribus litteris impendit: non minus enim in foro a Musis, et ab Apolline, quam in bello a Bellona, Mauorteq; auxilium petulit. quarum bellicam postquam feliciter exercuerat, omnibus, qua in scribendis carminibus prouenirent, facile demonstrabat, quantiscunque se honestissimo otio tradens, ea uersus in lingua, quibus uel explicare animo habuisset, cum ingenii uberrimæ mandabat. Sylvius ipse Genevis nobilitate permotus, maiorum suorum, et patris exemplo impulsus, et auctoritate quorundam principum aspera assatus, quattuor, et decem annos cum ageret, domesticis negociis postpositis, terrarum orbem inspicere incepit: in Galliam, et in Hispaniam iter suscipiens, in Germaniam est inferiorem Germaniam, in universamq; Italiam profectus est; in omnibusq; bellis ipsarum prouinciarum se fortissimum ducem præbuit: in eoq; præsertim, quod Carolus V. Imperator aduersus Saxoniæ Ducem, aliosq; in eum coniuratos Principes gessit. Nec cum se continere posset, quò minus armis laudem sibi compararet, in Italiam regressus est, ut suam in Mirandolam, et Parmensi bello præstantium ostenderet: ubi gloriam consecutus, totius Europæ Principibus carus habitus est: ac præcipue Carolo V. et Francisco primo Regi Gallię: apud quos in eo loco fuit, ut in adolescentiæ flore constitutus, dignus iudicatus fuerit, qui in nobilissimum Maximiliani theatrum veceptus, cum Ferdinando, et aliis regiæ stirpis heroibus hastis concurreret: ubi non minus morum modestia, quam iudendi peritia animaduersa est. quò magis ætate crescebat; ad maiora quoque rei militaris onera subeunda, et exercenda honestis cum præmiis modò ab hoc Prouinciarum Præside, modò ab alio accersebatur: cum unusquisque eius operæ, et industriæ indigeret. Hinc fac-

tum est, ut iure magnum illi exercitus Imperium in Cyuncto bello oblatum fuerit: quem Albanus Pevrania Dux conditione non contemnenda equitum, ac peditum cohortibus praefecisset; nisi aliis, quas aggredi cogitabat, oblatam sibi pugnandi causam posthabuisset. Nec magis res profanas, quam pias appetebat, privatam, ac religionem ad Ducam pertinere sciens; qua novarum actionum initii debent. Propterea, hanc primo luce ducens, Tridentini Concilij tutelam propugnationem suscepit: et equitum, peditumq; manu obsidata die, noctuq; pro Pontifice coetus sanctissimis Patribus, excubuit. Quod cum non imprudens sapiensq; non solum incredibili fide, prudentia, perseveratione administraverit, sed sacramentorum frequentia, tum recta animi affectione, ut non minus universos Antistites in sui admirationem adduxerit; quam in eum statum, ut sui nobis videa, quam ab ipso inierunt, gratia, compotes se factos esse confecerunt. Omnia postquam illi imposita munera obiit, ad maturitatem, virtute judicium afferentis, pervenisse, Principi, cui subjectus est, justius esse, animo volutans, quam pro alieno Principe labores insumere, Venetae Reipublicae benevolentiam pluris fecit, quam alterius. Impetrit publicationes, ac praemia. Quo licet amplissima sibi assererentur, gradumque tamen esset, in posterum habuit; cum sibi apud animum constituisset, in ordine dignitatum duxisset, in ea spiritum emittere, qui sibi jurisdictionis titulos impetraret, illi inservire; qui ad subditorum salutem animum intenderet, pro illius regni incolumitate patrocinium suscipere; pro quo denique tuto vivere, pro eodem libentissime mori. In unum ideo ingenium cumulit; ut Reipublicae Veneto omnem suam operam praestaret; quam quadraginta annorum spatio de ipsa bene, optimeq; meritus, laude cumulatus, magna cum prudentia, virtute incomparabili, et stabili, intemerataq; fide praestitit

stitit; in Principis, et populorum Florentissimorum benevolentiam, et gratiam tanto cum honore se insinuans; ut in illius voluntate, et benefactorum praestantia conquieuerint. cuius rei et turbium earum, quarum administrationem suscepit et Praesidum, et communium societatum diplomata fidem non dubiam faciunt. Et quoniam authoritati in populorum cura adhibenda magnus locus conceditur; nihil dubii relinquitur, quin eadem ubique locorum commendatus sit. Ciuitatibus dum consulitur, uehementer prodesse, quam Ciues de Praefectorum moribus opinionem imbeberint; quis tam mentis expers, ut neseiat: cum minus lateat, uariis, aut odii, aut timoris, amoris ue affectionibus opinione fama populos excitari? Sed quis in Veneta, et aliena ditione celebrior fuit? quis maiori prudentia? De quo rei militaris Imperatore (quod authoritati magno est adiumento) recte semper iudicatum fuit: cuius fama extremas orbis oras, ad quas ipse rei bellicae tractandae causa, profectus est, iam multis abhinc annis peruasit. quantum igitur huius authoritas ponderis habuerit; a rebus ipsis, et ab eodem egregie confectis, fides, et exempla sumantur. Veneta resp. illustria onera subiens, Bergami, Ascriui, Iadera, Lignagi, Asolo q; curam gessit: eodem q; tempore militia Brixiensis, Veronensis, Patauina, Tarui sana, et, quae Venetis addictae sunt, aliarum regionum imperator fuit. Corcyra quoque propugnaculum uigili custodia tutatus est: et totius insula genti bellicae, armatorum q; athletarum fecundis quasi fuit. Quibus in ciuitatibus, cui dubium esse potest, quin authoritate multum profecerit? quin imperio reditus publicos conseruauerit? quin ipso nomine arces defenderit, et hostes atrocitet minitantes retardauerit? quantam uero artis militaris scientiam tenuerit, nullus ignorabit, qui intelliget, eum a ludo literario a prima sua eruditione ad exercitus accessisse; uixe limine adolescentiae egressum, ducem militum, et inter iuuentutis flore copiarum praefectum fuisse; cum hoste manus conseruisse; prouinciarum onera suscepisse: nec alienis monitis, sed sua uoluntate; non praemiis, sed laurea excitatum; non stipendii, sed triumphi gratia ubique locorum insudasse. Nec minori uirtute cognitus est, dum laberem in negotiis non resquit; in aduersis q; fortitudinem patefecit. quanto q; artificio esset in agendo, et celeritate unumquodque ad exitum perducendo, Cypri insula testis est: quam Turcarum cohortibus cinctam, et oppugnatam rei bellicae praesidio, et militum copia muniit. Testis est Germania;

dum pro Pavelo pugnans, quot hostium catervas in fugam uertit, et ipsius Caroli imperio populos et nationes adiecit. Testis est Neustachi, et totius Dalmatiæ cuius eiusq; uniuersa ora auxilio atq; fortitudine, quas animi uires, corporisq; robur ostendit; quot labores pertulerit; quot periculacaptus adierit; ut Thraciæ ferocissimos hostes christiano nomini infestos una cum Ducum multitudine, catholicam fidem armis propagantium, uinceret, ac profligaret. quo tempore mirabile prælium a Venetis, ab abijsq; christianis Principibus aduersus Turcas ad Echinadas commissum est: ubi Augustinus Barbadicus, Venetæ classis Præfectus, uictoriæ insignia retulit. qui, eiusdem Præfecturæ onus sibi impositum libenter suscipere, confessus est, eaq; spe, ut Sylvium Publilium, apud se haberet: et, ut sui uoti compos fieret, octo dierum dilationem obtinuit, nec id sine maxima de causa. Nam eundem Barbadicum, christianæ classis sinistrum cornu obtinentem (quod primum aliorum signa iniit, et primum dexteram partem hostilibus ducibus, puppibusq; munitissimam aggressus est) idem Sylvius, se strenue gerens, acri defensione excepit: qui classis Præfectus dimidio horæ spatio iaculo confossus iacuisset, nisi sua cum militum manu ipsius lateri astitus, prælia committens, uita ipsa Sylvius protexisset; eundemq; tum a pugna sagittæ ictu extractus esset (cui in oculo infixa loquendi facultatem ademit) suis manibus, corporeq; iam exanimatum sustinuit. Et triremis, cuius partem medi-am cepérant, in hostium potestatem deuenisset, nisi se fortiter opposuisset; spem nullo unquam imminente periculo abiecisse, sed intrepido corde prælians non modo eos conseruendo expulit; sed nauibus etiam, sibi in pugna fronte oblatis, potitus est; nunquam desinens, donec dextrum hostium latus depressum, et confractum non perspexerit. A pugna tandem excedens, duabus, una in latere, altera in cruce sagittis oppressus a tam célebri, et insigni uiro

uicoria laudem immortalem vexalit, prælii ipsius, et eorum, qui super-
stites fuerunt, ibiq; ceciderunt, testes locupletissimus. In his, qua
adiit, oneribus, et, quæ sibi oblata sunt, conditionibus, nummos
congerere, non modico cum quæstu poterat; sed cum nihil fœdelis
in se residere pateretur, auri præbio non victus est, nec iis blandi-
tiarum incitamentis, quibus hodierna die hominum sensus capi, et
invetiri solent. Non enim ignorabat, illum, qui non a pecuniis,
ab auro, garaq; non abhorreret, non esse apeum, cui publica ma-
gistratus insignia demandarentur. Merito igitur propter rei
bellicæ præstantiam, propter modestiam, animiq; continentiam impera-
tor legatus fuit: qui ad generis propagationem mentem adji-
ciens, dum domestico otio fruebatur, Camillam Torellam, Marci
Antonii Casensis Principis, Hippolytæq; Gonzagæ filiam, magna
virtutis mulierem, dotibusq; eximiis insignitam in matrimoni-
um duxit. Ex qua, tam præclaris parentibus digna, nata est
Hippolyta, cum Flaminio Arcoloniano, viro nobilitate clarissi-
mo, in Utinensi non solum civitate, sed in Forojuliensi regio-
ne fere principatum obtinente, diuino nuptiarum fœdere ad-
stricta. Quos quidem genuit, filios, quid insignius? quorum unus
a prima sua ætate adolescentia Patauii (ubi studiis liberalium ope-
ram dabat) virtutis ingenii, et humanitatis, dum in sui amorem
omnium omnes patauini gymnasii alumnos, eundem assiduo comita-
tu prosequentes pellexerat, incredibile testimonium declarat,
tantam sui expectationem concitans, non dubitamq; ipsorum
animis infixam, quibus cognitus erat; quem relinquens, ut quam
maxime profecturus, esset. Id re ipsa omnium opinionem ui-
cisset, nisi, cum ad bellum in Galliam se contulisset, quem Ve-
netiarum Princeps Regi commendauerat (a quo benigne su-
sceptus est) in aduersa valetudine pie complexus) acerba,
et inopinata morte cum multorum dolore, non mediocriq; cum
familiæ, et Iouii patrui iactura sublatus, et ereptus esset.
Alter uero Veneti Principis bellico cohortis præfectus, a
quo Alexandro Farnesio, Parmensi Duci, in Hispaniarum

Regis militia primas obtinenti, traditus, ac commendatus est, in Flandria bellum gessit: ubi ab eo Principe claro cum virtutis testimonio acceptus, et honestatus fuit. Mutius ab Henrico Gallorum Rege sibi vehementer accersitus aureo torque, regioq; Divi Michaelis ordine praecipua quadam cum officii, et honoris gratia illustratus est. Pavioq; virente Horatius summae benignitatis ignes effulget: qui sanguinis nobilitate, magnificentiaq; insignis, uti patrimonii, sic patrocinandorum clientum se haeredem praebens, veri decoris speculum, vitam prudentissima traduxit. Et quanta morum comitate, quanta innocentia, et in rebus gerendis fide omnes sint, malim ex ipsorum actionibus, aliorumq; sermone, et contentione, quàm a mea oratione unusquisque intelligat. O praeclaram maiorum effigiem, o virentium decus, et praesentis temporis ornamentum, o temporum posterorum exemplum, quod inspicientes imitaturi, et in semita illis iam pacatissima parentum vestigia sectaturi manibus prehendent, filiis suis faces non ad desidiam, sed ad laborem, non ad somnum, sed ad vigilias, non ad vitia sed ad virtutes, non ad dedecus, sed ad honorem praetenturi. Ut Sylvii naturaq; dotes declaremus, communem corporis staturam, ac magnitudinem excedebat: vultu gratiae veneribili, et honestate pleno; dulcedine quadam hilaritatis aspersa. Gravi sermone utebatur, in familiari conversatione affabilitate animos hominum conciliabat; morumq; illa iucunditate erat, ut unusquemque in sui amorem, cultumq; traheret. Quicunque ex suis intimis, ac domesticis fuit, officii, et beneficiorum socios habuit, omniaq; tentabat, ut ad honoris gradum eundem extolleret. Nec nescius erat, ad Heroas spectare, vigilantia uti; in omnibus parato animo esse; et, cum necessitas cogeret, pro reipublicae salute caput ipsum negligere. Tenui cibo, somnoq; se alebat; frigoris, et caloris, et, quas bellum fert, necessitatum patiens erat. Sapientia autem, ingenii solertia, prudentiaq; incomparabili, et maturo consilio, in rebus suscipiendis, ac promobitudin-

ptitudine in conficiendis: in iis diligentiam adhibens; cum nullam
tam gravis spatii iacturam sieri pateretur. Quoniam vitia ea sunt,
quae viro obiici solent; eundem ego ab his maculis infectum; cum opus
erat, se ipsorum correctorem probebat; sic ab eis abhorrens, ut ne
illorum notam subiret. Veterum temeritatis, et imprudentiae dum
taxat; naturae errores, ac parentum culpam filiis exprobare; cuius
ipsi non authores extitissent; sic laudi tribuitur; si alicuius
scelera reprehendantur; in quibus propria voluntatis concessio,
peccandique delectatio animadvertitur. Ab omni licet non
modo facinore, sed illius suspicione aberat; in Deum etiam, di-
vosque, ac imprecationibus ita alienus; ut ne iis quidem aures praebe-
re posset. Assentationes molestissime ferebat, tanquam synceritati, et
veritati, quae ipsi fuerant, adversantes. A sacrarum litterarum
lectione delectationem capiebat; earumque integritate communem tra-
ducebat, timorem, cultumque divinum sibi ante oculos constituens: cum sibi id unum
